
In Tusculum, vor den Toren Roms,
hatte Cicero sein Landhaus.

In Zeiten der Muße, aber auch
der politischen Isolation, zog er sich
dorthin zurück.

Tusculum wurde zum Inbegriff für
Refugium, für Muße, für wertvolle
Fluchten aus einem fordernden Alltag.

In der ersten Phase des
Rückzugs aus der Politik schrieb
Cicero in Tusculum die sogenannten
Tuskulanen, eine lateinische
Einführung in die Welt
der (griechischen) Philosophie.



Herausgeber:
Niklas Holzberg
Rainer Nickel
Karl-Wilhelm Weeber
Bernhard Zimmermann

CAIUS IULIUS CAESAR

**DER GALLISCHE KRIEG
DE BELLO GALLICO**

Lateinisch – deutsch

Herausgegeben, übersetzt und
erläutert von Otto Schönberger

4., überarbeitete Auflage 2013



AKADEMIE VERLAG

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek
Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation
in der Deutschen Nationalbibliografie;
detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über
<http://dnb.d-nb.de> abrufbar.

4., überarbeitete Auflage 2013

© Akademie Verlag GmbH, Berlin 2013

Ein Wissenschaftsverlag der Oldenbourg Gruppe

www.akademie-verlag.de

Das Werk einschließlich aller Abbildungen ist urheberrechtlich
geschützt. Jede Verwertung außerhalb der Grenzen des
Urheberrechtsgesetzes ist ohne Zustimmung des Verlages
unzulässig und strafbar. Das gilt insbesondere für
Vervielfältigungen, Übersetzungen, Mikroverfilmungen und die
Einspeicherung und Bearbeitung in elektronischen Systemen.

Einbandgestaltung: Gabriele Burde, Berlin

Druck und Bindung: Pustet, Regensburg

Dieses Papier ist alterungsbeständig nach DIN/ISO 9706.

ISBN 978-3-05-006417-8

INHALT

Text und Übersetzung

Erstes Buch	6
Zweites Buch	76
Drittes Buch	114
Viertes Buch	148
Fünftes Buch	190
Sechstes Buch	260
Siebtes Buch	312
Achtes Buch	424

Anhang

Anmerkungen	490
Gaius Iulius Caesar	624
Caesars Heer	637
Caesar als Truppenführer und Feldherr	644
Gallien und die Gallier	648
Caesar in Gallien	654
Entstehung und „Tendenz“ des Bellum Gallicum	664
Darstellungselemente im Bellum Gallicum	670
Der Aufbau des Werkes	676
Sprache und Stil	685
Überlieferung und Textgestaltung	690
Caesars Gestalt im Wandel der Geschichte	716
Literatur	723
Nachwort	734
Register	736

C. IULII CAESARIS

COMMENTARIORUM BELLII GALLICI

LIBER PRIMUS

1.

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam 1
incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lin-
gua Celtae, nostra Galli appellantur. hi omnes lingua 2
institutis legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis
Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.
horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a 3
cultu atque humanitate provinciae longissime absunt
minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea,
quae ad effeminandos animos pertinent, important pro-
ximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, qui-
buscum continenter bellum gerunt. qua de causa Helvetii 4
quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere
cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut
suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus
bellum gerunt. eorum una pars, quam Gallos obtinere 5
dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur
Garunna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit
etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad
septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriun- 6
tur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni,
spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a 7
Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem
Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter
occasum solis et septentriones.

C. IULIUS CAESAR

BERICHTE ÜBER DEN GALLISCHEN KRIEG

ERSTES BUCH

Gesamtgallien ist gegliedert in drei Teile. Einen bewohnen die Belger, den zweiten die Aquitaner, den dritten das in der Landessprache Kelten, bei uns Gallier genannte Volk. Sie alle unterscheiden sich in Sprache, Einrichtungen und Gesetzen. Die Gallier trennt von den Aquitanern die Garunna, von den Belgern die Matrona und die Sequana. Von all diesen sind die Belger die tapfersten, weil sie von der Verfeinerung und Kultur unserer Provinz am weitesten entfernt sind, nur ganz selten Kaufleute zu ihnen kommen und verweichlichende Waren einführen, auch weil sie nächste Nachbarn der Germanen rechts des Rheins sind, mit denen sie ständig Krieg führen. Aus diesem Grund sind auch die Helvetier tapferer als die übrigen Gallier, da sie fast täglich in Gefechte mit den Germanen verwickelt sind, indem sie diese von ihren Grenzen abwehren oder selbst in deren Land Krieg führen. Der Teil, den, wie gesagt, die Gallier bewohnen, beginnt beim Rhodanus, ist begrenzt von der Garunna, dem Ozean und dem Land der Belger, berührt bei den Sequanern und Helvetiern auch den Rhein und zieht sich nach Norden. Das Belgerland beginnt an der Grenze von Gallien, reicht bis zum Niederrhein und liegt gegen Nordosten. Aquitanien reicht von der Garunna bis an die Pyrenäen und den spanischen Ozean; es liegt nach Nordwesten.

2.

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus 1
 Orgetorix. is M. Messala M. Pisone consulibus regni cupi-
 ditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati
 persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent:
 perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius 2
 Galliae imperio potiri. id hoc facilius eis persuasit, quod 3
 undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte
 flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Hel-
 vetium a Germanis dividit, altera ex parte monte Iura
 altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios, tertia lacu
 Lemanno et flumine Rhodano, qui provinciam nostram
 ab Helvetiis dividit. his rebus fiebat, ut et minus late 4
 vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre pos-
 sent; qua ex parte homines bellandi cupidi magno dolore
 adficiebantur. pro multitudine autem hominum et pro 5
 gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere
 arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL,
 in latitudinem CLXXX patebant.

3.

His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti 1
 constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent,
 comparare, iumentorum et carrorum quam maximum
 numerum coemere, sementes quam maximas facere, ut in
 itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitati-
 bus pacem et amicitiam confirmare. ad eas res conficien- 2
 das biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium annum
 profectionem lege confirmant. ad eas res conficiendas 3
 Orgetorix deligitur. is sibi legationem ad civitates susce-
 pit. in eo itinere persuadet Castico Catamantaloedis filio 4
 Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos
 obtinuerat et ab senatu populi Romani amicus appellatus
 erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater

Bei den Helvetiern war Orgetorix bei weitem der vornehmste und reichste Mann. Dieser zettelte im Konsulatsjahr des Marcus Messala und Marcus Piso aus Gier nach der Königsherrschaft eine Verschwörung des Adels an und überredete den Stamm, mit der gesamten Habe sein Gebiet zu verlassen: Da sie an Tapferkeit alle überragten, sei es ein Kinderspiel, ganz Gallien zu unterwerfen. Dazu beredete er sie um so leichter, als die Helvetier überall durch natürliche Grenzen eingengt sind, auf der einen Seite durch den sehr breiten und tiefen Rhein, der das Helvetierland von Germanien trennt, auf der anderen durch den sehr hohen Jura, der zwischen dem Sequanerland und Helvetien verläuft, auf der dritten Seite durch den Lemanner See und den Rhodanus, der unsere Provinz von den Helvetiern trennt. So konnten sie nicht so weit umherstreifen und die Nachbarn nicht so leicht angreifen, worüber dieser kriegslustige Menschenschlag großen Unmut empfand; meinten sie doch, im Verhältnis zu ihrer Volkszahl, dem Ruhm ihrer Kriegstaten und ihrer Tapferkeit ein zu kleines Land zu haben, das sich doch in der Länge über 240, in der Breite über 180 Meilen ausdehnte.

Durch diese Gründe und den Einfluß des Orgetorix verführt, beschlossen sie, alles für den Auszug Notwendige vorzubereiten, so viele Zugtiere und Wagen wie möglich zu beschaffen, möglichst viel Getreide auszusäen, um auf ihrem Zug genug Korn zu haben, und Friedens- und Freundschaftsverträge mit den Nachbarstämmen abzuschließen. Für diese Vorbereitungen hielten sie zwei Jahre für ausreichend; auf das dritte Jahr legten die den Auszug durch förmlichen Beschluß fest. Zum Leiter des Unternehmens wurde Orgetorix erwählt. Dieser übernahm die Verhandlungen mit den Stämmen. Auf der Reise überredete er Casticus, den Sohn des Catamantaloedes, einen Sequaner, dessen Vater dort lange Jahre die Königswürde bekleidet und vom Senat des römischen Volkes den Titel ‚Freund‘ erhalten hatte, er solle in seinem Stamm das Königsamt, das sein Vater ehemals innehatte, an sich reißen. Ebenso beredet er den

ante habuerat; itemque Dumnorigi Haeduo fratri Divi- 5
 ciaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac
 maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur persuadet
 eique filiam suam in matrimonium dat. perfacile factu 6
 esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse
 suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse 7
 dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent;
 se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum
 confirmat. hac oratione adducti inter se fidem et ius iu- 8
 randum dant et regno occupato per tres potentissimos ac
 firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse spe-
 rant.

4.

Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. moribus 1
 suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt;
 damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur.
 die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium 2
 omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undi-
 que coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum
 magnum numerum habebat, eodem conduxit; per eos ne
 causam diceret se eripuit. cum civitas ob eam rem inci- 3
 tata armis ius suum exsequi conaretur multitudinemque
 hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mor-
 tuus est; neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, 4
 quin ipse sibi mortem consciverit.

5.

Post eius mortem nihilo minus Helvetii id quod consti- 1
 tuerant facere conantur, ut e finibus suis exeant. ubi iam 2
 se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua
 omnia numero ad duodecim, vicos ad quadringentos,
 reliqua privata aedificia incendunt, frumentum omne, 3
 praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut
 domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia peri-
 cula subeunda essent; trium mensum molita cibaria sibi
 quemque domo efferre iubent. persuadent Rauracis et 4

Häduer Dumnorix, den Bruder des Diviciacus, der damals der angesehenste Mann seines Stammes und bei der Menge sehr beliebt war, zum gleichen Versuch und gab ihm seine Tochter zur Frau. Beiden beweist er, ein solches Unternehmen sei ganz leicht durchzuführen, weil er selbst in seinem Stamm die Herrschaft erhalten werde. Ohne Zweifel seien die Helvetier der stärkste Stamm ganz Galliens. Er versichert, er werde ihnen mit seiner Macht und seinem Heer die Königswürde verschaffen. Sie lassen sich durch seine Rede verleiten, tauschen Treueide aus und hoffen, wenn sie erst einmal Könige wären, durch die drei mächtigsten und stärksten Völkerschaften ganz Gallien zu unterjochen.

Ihre Verschwörung wurde den Helvetiern verraten. Sie zwangen Orgetorix, sich – ihrer Sitte nach in Fesseln – zu verantworten. Wurde er verurteilt, so stand ihm als Strafe der Feuertod bevor. Am festgesetzten Gerichtstag bot Orgetorix alle seine Leibeigenen, an die zehntausend Mann, von allen Seiten auf, entbot auch alle seine Lehensleute und zahlreichen Schuldner dorthin; mit ihrer Hilfe verhinderte er, daß er sich verantworten mußte. Als der Stamm, hierüber empört, sein Recht mit der Waffe durchsetzen wollte und die Behörden viele Menschen vom offenen Land herbeiriefen, starb Orgetorix, und der Verdacht liegt nahe, daß er, wie die Helvetier glauben, Selbstmord begangen hat.

Nach seinem Tod versuchten die Helvetier trotzdem, ihren Entschluß durchzuführen und auszuwandern. Als sie meinten, für dieses Unternehmen ausreichend gerüstet zu sein, steckten sie alle ihre festen Plätze, etwa zwölf, ihre Weiler, an die vierhundert, und außerdem alle Einzelgehöfte in Brand, verbrannten auch alles Getreide außer dem, das sie mitnehmen wollten, damit sie ohne Hoffnung auf Rückkehr nach Hause alle Gefahren um so entschlossener auf sich nähmen; endlich befahlen sie, jeder solle Mehl für drei Monate von daheim mitnehmen. Sie überredeten die Rauraker,

Tulingis et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum his proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.

6.

Erant omnino itinera duo quibus itineribus domo exire 1
 possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter
 montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli
 carri ducerentur. mons autem altissimus impendebat, ut
 facile perpauci prohibere possent; alterum per provin- 2
 ciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea
 quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper
 pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado
 transitur. extremum oppidum Allobrogum est proximum- 3
 que Helvetiorum finibus Genava. ex eo oppido pons ad
 Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros,
 quod nondum bono animo in populum Romanum vide-
 rentur, existimabant vel vi coacturos, ut per suos fines 4
 eos ire paterentur. omnibus rebus ad profectionem com-
 paratis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes
 conveniant. is dies erat a. d. v Kal. Apr. L. Pisone A.
 Gabinio consulibus.

7.

Caesari cum id nuntiatum esset eos per provinciam 1
 nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et
 quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem
 contendit et ad Genavam pervenit. provinciae toti quam 2
 maximum potest militum numerum imperat (erat omnino
 in Gallia ulteriore legio una); pontem qui erat ad Gena-
 vam iubet rescindi. ubi de eius adventu Helvetii certiores 3
 facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis,
 cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem
 locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine

Tulinger und Latobriger, ihre Nachbarn, ihrem Plan zu folgen, die Städte und Dörfer niederzubrennen und mit ihnen zu ziehen. Die Boier, die jenseits des Rheines gesiedelt, ins Gebiet von Noricum übergewechselt und Noreia belagert hatten, nahmen sie bei sich auf und machten sie zu Weggefährten.

Es gab nur zwei Wege, auf denen sie auswandern konnten: Der eine, eng und schwer gangbar, führte durch das Sequanerland zwischen Jura und Rhodanus; dort konnten nur zur Not einzelne Wagen fahren. Zudem beherrschte der hochragende Bergzug den Weg, so daß ihn eine Handvoll Leute leicht sperren konnte. Der andere Weg führte durch unsere Provinz und war viel leichter und bequemer, weil über den Rhodanus, den Grenzfluß zwischen den Helvetiern und den erst kürzlich unterworfenen Allobrogern, an mehreren Stellen Furten führen. Grenzstadt der Allobroger ganz nahe dem helvetischen Gebiet ist Genava. Von dort führt eine Brücke zu den Helvetiern hinüber. Diese meinten nun, sie könnten die Allobroger, die dem römischen Volk noch nicht sehr wohlgesinnt schienen, überreden, ihnen freien Durchzug zu gewähren, oder sie mit Gewalt dazu zwingen. Als alles zum Aufbruch vorbereitet war, bestimmten sie den Tag, an dem sich alle am Ufer des Rhodanus einfinden sollten. Dies war der 28. März im Konsulatsjahr des Lucius Piso und des Aulus Gabinus.

Als Caesar erfuhr, sie versuchten, durch unsere Provinz zu ziehen, brach er sofort von Rom auf, eilte in möglichst großen Tagereisen ins jenseitige Gallien und kam nach Genava. Der ganzen Provinz befahl er, so viele Soldaten wie möglich zu stellen (im jenseitigen Gallien stand überhaupt nur eine Legion), und ließ die Brücke bei Genava abbrechen. Als die Helvetier seine Ankunft erfuhren, schickten sie die vornehmsten Männer ihres Stammes als Gesandte zu ihm; Nammeius und Verucloetius standen an der Spitze dieser Gesandtschaft, die versichern sollte, sie beabsichtig-

ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum; rogare, ut eius voluntate id sibi facere liceat. Caesar, quod memoria tenebat L. Casium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; neque homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat. tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites quos imperaverat convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellent, ad Id. Apr. reverterentur.

8.

Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere possit. ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit et legati ad eum reverterunt, negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facere conentur, prohibitorium ostendit. Helvetii ea spe deiecti navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdium, saepius noctu, si perumpere possent, conati, operis munitione et militum concursu et telis repulsi hoc conatu destiterunt.

ten, ohne jede Feindseligkeit durch die Provinz zu ziehen, weil sie sonst keinen Weg hätten; sie bäten um seine Einwilligung zum Durchzug. Caesar, der wohl wußte, daß die Helvetier den Konsul Lucius Cassius erschlagen und sein Heer besiegt und unter das Joch geschickt hatten, glaubte, diese Erlaubnis nicht geben zu dürfen; auch meinte er, so feindlich gesinnte Menschen würden sich bei Genehmigung des Durchzuges durch die Provinz nicht von Rechtsverletzung und Gewalttat zurückhalten. Um jedoch Zeit bis zum Eintreffen der ausgehobenen Soldaten zu gewinnen, gab er den Gesandten die Antwort, er wolle sich Bedenkzeit nehmen; wenn sie sonst noch etwas wollten, könnten sie am 13. April wiederkommen.

Inzwischen errichtete er mit der Legion, die er bei sich hatte, und den aus der Provinz eingetroffenen Mannschaften eine neunzehn Meilen lange Mauer von sechzehn Fuß Höhe mit einem Graben vom Ausfluß des Lemanner Sees in den Rhodanus bis zum Jura, der Grenzscheide des Sequaner- und Helvetierlandes. Nach Fertigstellung der Anlage verteilte er Posten und ließ Stützpunkte befestigen, um die Helvetier, sollten sie gegen seinen Willen den Durchbruch versuchen, möglichst leicht aufhalten zu können. Als der mit der Gesandtschaft abgesprochene Termin herangekommen war und die Gesandten wieder zu ihm kamen, gab er den Bescheid, nach Brauch und Herkommen des römischen Volkes sei er außerstande, jemandem den Marsch durch die Provinz zu gestatten, und erklärte ihnen, er werde einen gewaltsamen Versuch zu verhindern wissen. Die Helvetier, in ihrer Hoffnung getäuscht, versuchten auf gekoppelten Kähnen und Flößen, die sie in größerer Menge herstellten, aber auch an den Rhodanusfurten, wo der Fluß am flachsten ist, manchmal bei Tag, häufiger aber nachts, ob sie durchbrechen könnten; doch wurden sie durch die starke Verschanzung, die anrückende Truppe und durch Beschuß abgewiesen und gaben diesen Versuch auf.

9.

Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis 1
 invitis propter angustias ire non poterant. his cum sua 2
 sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem
 Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetra- 3
 rent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos pluri-
 mum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate
 Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate
 regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas 4
 civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. itaque
 rem suscipit et a Sequanis impetrat, ut per fines suos
 Helvetios ire patiantur obsidesque uti inter sese dent per-
 ficit: Sequani ne itinere Helvetios prohibeant, Helvetii ut
 sine maleficio et iniuria transeant.

10.

Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum 1
 Sequanorum et Haeduum iter in Santonum fines
 facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae 2
 civitas est in provincia. id si fieret, intellegebat magno
 cum periculo provinciae futurum, ut homines bellicosos
 populi Romani inimicos locis patentibus maximeque fru- 3
 mentariis finitimos haberet. ob eas causas ei munitioni,
 quam fecerat, T. Labienum legatum praefecit; ipse in
 Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones
 conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex
 hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Gal- 4
 liam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire con-
 tendit. ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis supe-
 rioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur.
 compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo, quod est oppi- 5
 dum citerioris provinciae extremum, in fines Vocon-
 tiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde in
 Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exerci-

Übrig blieb nur mehr der Weg durch das Land der Sequaner, den sie aber gegen deren Willen wegen der Engpässe nicht benützen konnten. Da sie allein die Sequaner nicht bereden konnten, schickten sie Gesandte an den Häduer Dumnorix, um durch seine Fürsprache von ihnen die Erlaubnis zu erhalten. Dumnorix besaß durch Beliebtheit und Freigebigkeit bei den Sequanern großen Einfluß und war auch ein Freund der Helvetier, weil er aus ihrem Stamm die Tochter des Orgetorix geheiratet hatte; und da er die Königswürde anstrebte, wünschte er einen Umsturz und wollte sich möglichst viele Stämme durch persönliche Gefälligkeit verpflichten. Er übernahm also den Auftrag, bestimmte die Sequaner, die Helvetier durch ihr Gebiet ziehen zu lassen, und veranlaßte sie, Geiseln untereinander auszutauschen, die Sequaner für ungehinderten Durchzug der Helvetier, die Helvetier für einen Marsch ohne Gewalt und Rechtsverletzung.

Caesar erhält Nachricht, die Helvetier wollten durch das Land der Sequaner und Häduer ins Gebiet der Santoner ziehen, die in der Nachbarschaft von Tolosa wohnen, das schon zur Provinz gehört. Damit war, wie er erkannte, die große Gefahr für die Provinz verbunden, kriegslustige Menschen und Feinde des römischen Volkes in einer sehr fruchtbaren Gegend mit offenen Grenzen als Nachbarn zu bekommen. Er übergibt deshalb den Oberbefehl über die angelegte Befestigung dem Legaten Titus Labienus und eilt selbst in großen Tagesstrecken nach Oberitalien. Hier hebt er zwei Legionen aus, führt drei Legionen aus den Winterquartieren bei Aquileia und eilt mit diesen fünf Legionen auf kürzestem Weg über die Alpen ins jenseitige Gallien. In den Alpen besetzten die Keutronen, Graiokeler und Katurigen beherrschende Punkte und versuchten, dem Heer den Weg zu versperren. Caesar schlug sie in mehreren Gefechten und kam von Ocelum, der letzten Stadt der diesseitigen Provinz, am siebten Tag ins Gebiet der Vokontier im jenseitigen Gallien; von da führte er das Heer zu den Allobrogern und von die-

tum ducit. hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

11.

Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas 1
 copias traduxerant et in Haeduorum fines pervenerant
 eorumque agros populabantur. Haedui cum se suaque ab 2
 iis defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt
 rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo 3
 Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus
 nostri agri vastari, liberi eorum in servitatem abduci,
 oppida expugnari non debuerint. eodem tempore 4
 Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesa-
 rem certiozem faciunt sese depopulatis agris non facile ab
 oppidis vim hostium prohibere. item Allobroges, qui 5
 trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fuga se
 ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri
 solum nihil esse reliqui. quibus rebus adductus Caesar 6
 non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis
 sociorum consumptis in Santonos Helvetii pervenirent.

12.

Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequa- 1
 norum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut
 oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit. id Hel-
 vetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. ubi per 2
 exploratores Caesar certior factus est tres iam partes
 copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero
 partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigi-
 lia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam par-
 tem pervenit, quae nondum flumen transierat. eos impe- 3
 ditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum
 concidit; reliqui se fugae mandarunt atque in proximas

sen zu den Segusiavern. Dies ist der erste Stamm außerhalb der Provinz und jenseits des Rhodanus.

Die Helvetier hatten ihre Scharen schon durch den Paß und das Land der Sequaner geführt, waren im Gebiet der Häduer angelangt und verwüsteten deren Felder. Die Häduer, die sich und ihre Habe nicht vor ihnen schützen konnten, schickten Gesandte an Caesar und baten um Hilfe: Sie hätten sich allezeit um das römische Volk höchst verdient gemacht, und es dürfe nicht geschehen, daß fast vor den Augen unseres Heeres ihre Felder verwüstet, die Kinder in die Sklaverei verschleppt und ihre Städte erstürmt würden. Gleichzeitig unterrichteten die Ambarrer, Freunde und Blutsverwandte der Häduer, Caesar, ihr Land sei verwüstet, und sie könnten ihre Städte nur mit Mühe vor dem Ansturm der Feinde schützen. Ebenso flüchteten die Allobroger, die jenseits des Rhodanus Dörfer und Besitzungen hatten, zu Caesar und zeigen ihm an, ihnen sei außer dem bloßen Ackerboden nichts mehr geblieben. Diese Klagen brachten Caesar zu dem Entschluß, nicht zuzuwarten, bis die Helvetier alle Habe der Bundesgenossen geplündert hätten und bei den Santonern ankämen.

Es gibt einen Fluß, Arar, der durch das Land der Häduer und Sequaner in den Rhodanus fließt mit so unglaublich schwacher Strömung, daß man mit bloßem Auge nicht entscheiden kann, in welche Richtung er fließt. Die Helvetier überquerten ihn eben auf Flößen und zusammengebundenen Kähnen. Als Caesar durch Spähtrupps erfuhr, die Helvetier hätten schon drei Viertel ihrer Masse über den Fluß gesetzt, und nur ein Viertel stehe noch diesseits des Arar, verließ er noch in der dritten Nachtwache mit drei Legionen das Lager und stieß auf den Rest, der den Fluß noch nicht überquert hatte. Diese, die behindert und ahnungslos waren, überfiel er und machte einen großen Teil von ihnen nieder. Der Rest floh und verkroch sich in den nächsten Wäldern. Es han-

silvas abdiderunt. is pagus appellabatur Tigurinus; nam 4
 omnis civitas Helvetia in quattuor partes vel pagos divisa
 est. hic pagus unus, cum domo exisset, patrum 5
 nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et
 eius exercitum sub iugum miserat. ita sive casu sive consi- 6
 lio deorum immortalium, quae pars civitatis Helvetiae
 insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea prin-
 ceptis poenas persolvit. qua in re Caeaar non solum publi- 7
 cas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri
 L. Pisonis avum L. Pisonem legatum Tigurini eodem
 proelio quo Cassium interfecerant.

13.

Hoc proelio facto reliquas copias Helvetiorum ut con- 1
 sequi posset, pontem in Arari faciendum curat atque ita
 exercitum traducit. Helvetii repentino eius adventu com- 2
 moti, cum id, quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant,
 ut flumen transirent, illum uno die fecisse intellexerent,
 legatos ad eum mittunt. cuius legationis Divico princeps 3
 fuit, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat. is ita
 cum Caesare egit: si pacem populus Romanus cum Helve-
 tiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helve- 4
 tios, ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset; sin
 bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris
 incommodi populi Romani et pristinae virtutis Helve-
 tiorum. quod improvise unum pagum adortus esset, cum 5
 ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non pos-
 sent, ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti tribueret
 aut ipsos despiceret. se ita a patribus maioribusque suis 6
 didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent aut
 insidiis niterentur. quare ne committeret, ut is locus, ubi 7
 constitissent, ex calamitate populi Romani et interne-
 cione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.

delte sich hier um den sogenannten Tiguriner-Gau; das ganze helvetische Volk besteht nämlich aus vier Teilen oder Gauen. Dieser eine Gau hatte, als er zur Zeit unserer Väter aus seiner Heimat ausgezogen war, den Konsul Lucius Cassius getötet und sein Heer unter das Joch geschickt. So erlitt, durch Zufall oder Fügung der unsterblichen Götter, der Teil des Helvetiervolkes, der dem römischen Volk eine so schlimme Niederlage beigebracht hatte, als erster seine Strafe. Durch diesen Sieg rächte Caesar nicht nur staatliche, sondern auch private Unbill, weil die Tiguriner im gleichen Gefecht neben Cassius auch den Legaten Lucius Piso, den Großvater seines Schwiegervaters L. Piso, getötet hatten.

Nach diesem Gefecht ließ Caesar, um die Hauptmacht der Helvetier einzuholen, eine Brücke über den Arar schlagen und führte sein Heer hinüber. Die Helvetier erschraaken über seine plötzliche Ankunft, weil sie sahen, daß Caesar an nur einem Tag den Fluß überschritten hatte, über den sie selbst mit knapper Not kaum in 20 Tagen gekommen waren. So schickten sie Gesandte zu ihm. Der Sprecher dieser Gesandtschaft war Divico, Anführer der Helvetier im Cassianischen Krieg. Dieser trug Caesar folgendes vor: Schließe das römische Volk mit den Helvetiern Frieden, so würden sie dorthin ziehen und dort bleiben, wo ihnen Caesar Land zuweise und ihre Ansiedlung wünsche; setze er jedoch den Krieg gegen sie fort, solle er an die alte Niederlage des römischen Volkes und die bewährte Tapferkeit der Helvetier denken. Wenn er unvermutet einen einzigen Gau überfallen habe, während die Männer jenseits des Flusses ihren Landsleuten keine Hilfe bringen konnten, so solle er deswegen keine allzu hohe Meinung von seiner Fähigkeit haben oder gar sie selbst unterschätzen. Sie hätten von ihren Vätern und Voreltern gelernt, eher mit Tapferkeit als mit Hinterlist zu kämpfen oder auf heimtückischen Überfall zu bauen. So solle er es nicht dazu kommen lassen, daß der Ort, auf dem sie stünden, durch eine Niederlage des römischen Volkes und die Vernichtung seines Heeres berühmt werde und in die Geschichte eingehe.

14.

His Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis 1
 dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemorassent,
 memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo minus
 merito populi Romani accidissent. qui si alicuius iniuriae 2
 sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cavere; sed eo
 deceptum, quod neque commissum a se intellexeret,
 quare timeret, neque sine causa timendum putaret.
 quodsi veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam 3
 recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam
 per vim temptassent, quod Haeduos, quod Ambarros,
 quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posse?
 quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque 4
 tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem
 pertinere. consuesse enim deos immortales, quo gravius 5
 homines ex commutatione rerum doleant, quos pro sce-
 lere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et
 diuturniorem impunitatem concedere. cum ea ita sint, 6
 tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea quae pollicean-
 tur facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis, quas
 ipsis sociisque eorum intulerint, item, si Allobrogibus
 satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum. Divico 7
 respondit: ita Helvetios a maioribus suis institutos esse,
 uti obsides accipere, non dare consuerint; eius rei
 populum Romanum esse testem. hoc responso dato dis-
 cessit.

15.

Postero die castra ex eo loco movent. idem facit Caesar 1
 equitatumque omnem ad numerum quattuor milium,
 quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis
 coactum habebat, praemittit, qui videant, quas in partes
 hostes iter faciant. qui cupidius novissimum agmen inse- 2
 cuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium com-

Caesar entgegnete ihnen folgendes: Er brauche sich um so weniger zu bedenken, als er sich an die von den helvetischen Gesandten erwähnten Ereignisse sehr wohl erinnere, und sie entrüsteten ihn um so mehr, als sie ohne Verschulden des römischen Volkes eingetreten seien. Wäre dieses nämlich sich des geringsten Unrechtes bewußt gewesen, hätte es sich leicht vorsehen können; doch habe es sich auf das Bewußtsein, nichts verschuldet zu haben, weshalb es Angst haben sollte, zu seinem Nachteil verlassen, und nicht geglaubt sich grundlos fürchten zu sollen. Und wollte er selbst die alte Schmach vergessen, könne er denn das neuerliche Unrecht übersehen, daß sie gegen sein Verbot mit Gewalt durch die Provinz ziehen wollten, daß sie die Häduer, die Ambarrer, die Allobroger mißhandelt hätten? Und wenn sie mit ihrem Sieg so frech prahlten und sich etwas darauf einbildeten, für ihr Unrecht so lange straflos geblieben zu sein, so verrate das denselben Geist; pflegten doch die unsterblichen Götter, um Schuldige durch den Wechsel desto schlimmer zu peinigen, Verbrechern, die sie strafen wollten, manchmal auffallendes Glück und längere Straflosigkeit zu gewähren. Trotz allem jedoch wolle er Frieden mit ihnen schließen, wenn sie ihm Geiseln stellten, damit er sehen könne, sie hielten ihr Versprechen, und wenn sie den Häduern und ihren Bündnern wie auch den Allobrogern den zugefügten Schaden ersetzten. Divico entgegnete: So seien die Helvetier von ihren Voreltern erzogen worden, daß sie Geiseln zu nehmen, nicht aber zu stellen gewohnt seien; dies könne das römische Volk bezeugen. Mit dieser Antwort entfernte er sich.

Am nächsten Tag rücken sie von dort ab. Caesar tut das gleiche und schickt alle seine Reiter voraus, um die Marschrichtung der Feinde zu erkunden; es waren etwa viertausend, die er aus der ganzen Provinz, von den Häduern sowie deren Bündnern zusammengestellt hatte. Diese verfolgen die Nachhut allzu heftig und geraten auf ungünstigem Gelände mit der helvetischen Reiterei in ein Gefecht, wobei

mittunt, et pauci de nostris cadunt. quo proelio sublati 3
 Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem
 equitum propulerant, audacius subsistere nonnumquam
 et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt.
 Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in prae- 4
 sentia hostem rapinis populationibusque prohibere. ita 5
 dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissi-
 mum hostium agmen et nostrum primum non amplius
 quinque aut senis milibus passuum interesset.

16.

Interim cotidie Caesar Haeduos frumentum, quod es- 1
 sent publice polliciti, flagitare. nam propter frigora, 2
 quod Gallia sub septentrionibus, ut ante dictum est,
 posita est, non modo frumenta in agris matura non erant,
 sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat. eo 3
 autem frumento, quod flumine Arari navibus subvexe-
 rat, propterea minus uti poterat, quod iter ab Arari Hel-
 vetii averterant, a quibus discedere volebat. diem ex die 4
 ducere Haedui: conferri, comportari, adesse dicere. ubi 5
 se diutius duci intellexit et diem instare, quo die frumen-
 tum militibus metiri oporteret, convocatis eorum princi-
 pibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his
 Diviciaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat,
 quem vergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus
 et vitae necisque in suos habet potestatem, graviter eos 6
 accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi pos-
 set, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus ab
 iis non sublevetur, praesertim cum magna ex parte
 eorum precibus adductus bellum susceperit. multo etiam
 gravius, quod sit destitutus, queritur.

17.

Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus, quod 1
 antea tacuerat, proponit: esse nonnullos, quorum aucto-

einige wenige unserer Leute fallen. Durch dieses Treffen wurden die Helvetier übermütig, weil sie mit nur fünfhundert Reitern eine solche Übermacht von Reitern geworfen hatten, und begannen mit ziemlicher Kühnheit wiederholt haltzumachen und mit ihrer Nachhut unsere Männer zum Kampf zu reizen. Caesar hielt jedoch seine Leute vom Kampf zurück, für den Augenblick damit zufrieden, den Feind am Plündern und Verwüsten zu hindern. So zogen sie etwa fünfzehn Tage dahin, wobei zwischen der feindlichen Nachhut und unserer Spitze nur etwa fünf oder sechs Meilen Abstand gewahrt wurde.

Unterdessen forderte Caesar täglich von den Häduern dringend das Getreide, das ihm ihr Stamm versprochen habe. Denn wegen des kalten Klimas (Gallien liegt, wie erwähnt, im Norden) war nicht nur das Korn auf den Feldern noch unreif, sondern es gab nicht einmal Grünfutter in ausreichender Menge. Mit dem Getreide aber, das auf dem Arar mit Schiffen nachkam, konnte er sich deshalb nicht so recht versorgen, weil die Helvetier vom Arar abgelenkt waren, und mit diesen wollte er Fühlung halten. Die Häduer hielten ihn von Tag zu Tag hin und behaupteten, es werde abgeliefert, angefahren, ja, es sei schon da. Als Caesar sah, daß man ihn immer nur hinhalte, und der Tag herankam, an dem er dem Heer Korn zuteilen mußte, rief er die führenden Häduer, von denen sich viele in seinem Lager aufhielten, zusammen, darunter Diviciacus und Liscus, der ihr höchster Beamter war; dieser Beamte heißt bei den Häduern Vergobretus, wird jährlich gewählt und hat Gewalt über Leben und Tod seiner Stammesgenossen; Caesar machte ihnen bittere Vorwürfe, weil sie ihn, der doch nichts kaufen oder von den Feldern holen könne, bei solcher Zeitnot und Nähe der Feinde nicht unterstützten, wo er doch hauptsächlich auf ihre Bitte den Krieg begonnen habe. Mit noch viel härteren Worten beschwerte er sich, daß man ihn im Stich lasse.

Nun erst brachte Liscus auf Caesars Rede hin vor, was er bisher verschwiegen hatte: Es gebe einige Leute, die bei der

ritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus
 possint quam ipsi magistratus. hos seditiosa atque 2
 improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum
 conferant, quod debeant: praestare, si iam principatum 3
 Galliae obtinere non possint, Gallorum quam Roma-
 norum imperia perferre; neque dubitare debeant, quin, 4
 si Helvetios superaverint, Romani una cum reliqua Gal-
 lia Haeduis libertatem sint erepturi. ab isdem nostra con- 5
 silia quaeque in castris gerantur, hostibus enuntiarit; hos
 a se coerceri non posse. quin etiam, quod necessariam 6
 rem coactus Caesari enuntiarit, intellegere sese, quanto
 id cum periculo fecerit, et ob eam causam quamdiu
 potuerit tacuisse.

18.

Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem Diviciaci fra- 1
 trem designari sentiebat; sed quod pluribus praesentibus
 eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit, Lis-
 cum retinet. quaerit ex solo ea, quae in conventu dixerat. 2
 dicit liberius atque audacius. eadem secreto ab aliis
 quaerit; reperit esse vera: ipsum esse Dumnorigem 3
 summa audacia, magna apud plebem propter liberalita-
 tem gratia, cupidum rerum novarum. complures annos
 portoria reliquaque omnia Haeduorum vectigalia parvo
 pretio redempta habere, propterea quod illo licente con-
 tra liceri audeat nemo. his rebus et suam rem familiarem 4
 auxisse et facultates ad largiendum magnas comparasse;
 magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et 5
 circum se habere; neque solum domi, sed etiam apud 6
 finitimas civitates largiter posse, atque huius potentiae
 causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac
 potentissimo conlocasse, ipsum ex Helvetiis uxorem 7

Menge höchsten Einfluß besäßen und ohne Amt mächtiger seien als die Obrigkeit selbst. Diese hielten durch aufrührerische und böswillige Reden die breite Masse ab, das fällige Getreide abzuliefern. Könnten sie schon selbst nicht mehr Herren Galliens bleiben, ziehe man wenigstens die Herrschaft von Galliern der von Römern vor, und man könne sicher sein, die Römer würden nach einem Sieg über die Helvetier die Häduer und dazu ganz Gallien knechten. Die gleichen Leute verrieten alle unsere Pläne und die Vorgänge im Lager den Feinden, und es liege außer seiner Macht, sie daran zu hindern. Ja, er wisse, wie gefährlich es für ihn sei, Caesar diese Verschwörung notgedrungen entdeckt zu haben, und deshalb habe er auch geschwiegen, solange er konnte.

Caesar merkte, daß die Andeutung des Liscus auf Dumnorix, den Bruder des Diviciacus, ziele, entließ jedoch, weil er diese Dinge nicht vor mehreren Zeugen breit verhandeln wollte, sogleich die Versammlung und behielt nur Liscus zurück. Unter vier Augen befragt er ihn über seine Äußerungen in der Versammlung. Jener spricht nun freier und kühner. Auch bei anderen erkundigte sich Caesar insgeheim und fand diese Angaben bestätigt: Eben jener Dumnorix sei ein höchst unternehmender Mann, genieße bei der Menge wegen seiner offenen Hand große Beliebtheit und arbeite auf einen Umsturz hin. Mehrere Jahre habe er die Zölle und übrigen Abgaben der Häduer um einen Spottpreis gepachtet, weil gegen sein Gebot niemand zu steigern wage. Dadurch habe er sein Vermögen vermehrt und große Mittel zu freigebigen Spenden erworben; er unterhalte auf eigene Kosten eine große Zahl von Reitern, die ihn stets umgäben, und besitze nicht nur im eigenen Land, sondern auch bei den Nachbarstämmen großen Einfluß; um dieser Macht willen habe er seine Mutter bei den Biturigen einem Mann von höchstem Adel und Einfluß vermählt; er selbst habe eine Helvetierin zur Frau, während er seine Halbschwester müt-

habere, sororem ex matre et propinquas suas nuptum in
 alias civitates conlocasse. favere et cupere Helvetiis prop- 8
 ter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem
 et Romanos, quod eorum adventu potentia eius deminuta
 et Diviciacus frater in antiquum locum gratiae atque
 honoris sit restitutus. si quid accidat Romanis, summam 9
 in spem per Helvetios regni obtinendi venire; imperio
 populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea,
 quam habeat, gratia desperare. reperiebat etiam in quae- 10
 rendo Caesar, quod proelium equestre adversum paucis
 ante diebus esset factum, initium eius fugae factum ab
 Dumnorige atque eius equitibus (nam equitatu, quem
 auxilio Caesari Haedui miserant, Dumnorix praecerat),
 eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum.

19.

Quibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissi- 1
 mae res accederent, quod per fines Sequanorum Helve-
 tios traduxisset, quod obsides inter eos dandos curasset,
 quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis, sed
 etiam inscientibus ipsis fecisset, quod a magistratu
 Haeduorum accusaretur, satis esse causae arbitratur,
 quare in eum aut ipse animadverteret aut civitatem anim-
 advertere iuberet. his omnibus rebus unum repugna- 2
 bat, quod Diviciaci fratris summum in populum
 Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam
 fidem iustitiam temperantiam cognoverat; nam ne eius
 supplicio Diviciaci animum offenderet, verebatur. itaque 3
 priusquam quicquam conaretur, Diviciacum ad se vocari
 iubet et cotidianis interpretibus remotis per C. Valerium
 Troucillum, principem Galliae provinciae, familiarem
 suum, cui summam omnium rerum fidem habebat, cum
 eo conloquitur; simul commonefacit, quae ipso praesente 4

terlicherseits und weitere Verwandte in anderen Stämmen verheiratet habe. Wegen dieser Verschwägerung sei er den Helvetiern besonders zugetan und hasse Caesar und die Römer auch aus persönlichen Gründen, weil ihre Ankunft seine Macht gemindert, seinem Bruder Diviciacus aber wieder zur alten Beliebtheit und Ehre verholfen habe. Eine Niederlage der Römer biete ihm beste Aussichten, mit Hilfe der Helvetier König zu werden. Kämen aber die Römer an die Herrschaft, verliere er die Hoffnung nicht nur auf das Königtum, sondern auch auf Fortdauer seines jetzigen Einflusses. Caesar fand bei dieser Untersuchung auch heraus, daß bei dem unglücklichen Reitergefecht vor einigen Tagen die Wendung zur Flucht von Dumnorix und seinen Reitern ausgegangen sei (Dumnorix befahl nämlich die Hilfsreiter der Häduer); deren Flucht habe die übrige Reiterei in Panik versetzt.

Als die Untersuchung zu den genannten Verdachtsgründen handfeste Beweise erbrachte, daß er nämlich die Helvetier durch das Gebiet der Sequaner geführt, den Austausch von Geiseln zwischen diesen Stämmen vermittelt und dies alles nicht nur ohne Vollmacht Caesars oder seines Stammes, sondern sogar ohne ihr Wissen getan hatte und zudem vom höchsten Beamten der Häduer verklagt wurde, hielt Caesar dies für Grund genug, gegen ihn entweder selbst vorzugehen oder seinen Stamm vorgehen zu lassen. All diesen Absichten stand allein sein Wissen um die außerordentliche Anhänglichkeit seines Bruders Diviciacus an das römische Volk entgegen, dessen tiefe Ergebenheit gegenüber Caesar, seine große Treue, Rechtlichkeit und beherrschte Art; deshalb fürchtete er, Diviciacus durch eine Bestrafung des Dumnorix zu kränken. So ließ er, bevor er etwas unternahm, Diviciacus zu sich rufen, schickte die üblichen Dolmetscher hinaus und sprach zu ihm mit Hilfe von Gaius Valerius Troucilus, einem hochangesehenen Mann aus der gallischen Provinz, der sein Vertrauen besaß und auf den er sich in jeder Hinsicht völlig verließ; dabei erwähnte er die Anspielungen,

in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, et ostendit, quae separatim quisque de eo apud se dixerit. petit atque 5 hortatur, ut sine eius offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuatur vel civitatem statuere iubeat.

20.

Diviciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus 1 obsecrare coepit, ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera nec quemquam ex eo plus quam se 2 doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adolescentiam posset, per se crevisset, quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed paene ad perniciem suam uteretur. sese tamen et amore fraterno et 3 existimatione vulgi commoveri. quod si quid ei a Caesare 4 gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum. qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se averterentur. haec cum pluribus verbis flens a Caesare 5 peteret, Caesar eius dextram prendit; consolatus rogat, finem orandi faciat; tanti eius apud se gratiam esse ostendit, ut et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, 6 fratrem adhibet; quae in eo reprehendat, ostendit; quae ipse intellegat, quae civitas queratur, proponit; monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; praeterita se Diviciaco fratri condonare dicit. Dumnorigi custodes ponit, ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire possit.

21.

Eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub 1 monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo,

die in seiner Gegenwart bei der Versammlung der Gallier auf Dumnorix gemacht wurden, und teilte ihm die Aussagen der einzeln unter vier Augen Befragten über diesen mit. Er bat ihn nachdrücklich, nicht verletzt zu sein, wenn er selbst nach genauer Untersuchung gegen Dumnorix einschreite oder den Stamm damit beauftrage.

Diviciacus umschlang Caesar unter heißen Tränen und beschwor ihn, nicht allzu hart gegen seinen Bruder vorzugehen; jene Vorwürfe träfen zu, das wisse er, und niemand empfinde mehr Schmerz darüber als er, schon deshalb, weil jener, als er selbst den größten Einfluß im eigenen Stamm und in ganz Gallien besaß, Dumnorix dagegen wegen seiner Jugend fast ohne Einfluß war, durch seine Hilfe emporgestiegen sei, nun aber diese Machtmittel und Hilfsquellen dazu mißbrauche, nicht nur seine Stellung zu untergraben, sondern ihn beinahe zu vernichten. Dennoch leiteten ihn Bruderliebe und Rücksicht auf die öffentliche Meinung. Gehe nämlich Caesar schärfer gegen Dumnorix vor, glaubten alle, dies sei mit seiner Billigung geschehen, da ihn mit Caesar so tiefe Freundschaft verbinde. Dann komme es so weit, daß sich ganz Gallien von ihm abwende. Als er Caesar mit noch mehr Worten unter Tränen so anflehte, ergriff dieser seine Hand, tröstete ihn und bat, nicht weiter in ihn zu dringen. Er bedeute ihm so viel, daß er das Unrecht gegen Rom und die persönliche Kränkung auf seinen Wunsch und seine Bitte hin vergebe. Er ruft Dumnorix vor sich und zieht seinen Bruder bei; er zeigt ihm auf, was er ihm vorzuwerfen habe, stellt ihm dar, was er selbst wisse und worüber sein Stamm sich beschwere, fordert ihn auf, in Zukunft jeden Verdacht zu meiden, und erklärt schließlich, er vergebe ihm das Geschehene seinem Bruder Diviciacus zuliebe. Er ließ Dumnorix überwachen, um über seine Handlungen und Gespräche unterrichtet zu sein.

Am gleichen Tag erfuhr er durch Spähtrupps, die Feinde hätten sich am Fuß eines Berges festgesetzt, acht Meilen vom

qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus
 qui cognoscerent misit. renuntiatum est facilem esse. de 2
 tertia vigilia T. Labienum legatum pro praetore cum
 duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognoverant,
 summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii
 sit, ostendit. ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo 3
 hostes ierant, ad eos contendit equitatumque omnem ante
 se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus 4
 habebatur et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi
 fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

22.

Prima luce, cum summus mons a Labieno teneretur, 1
 ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis
 passibus abesset neque, ut postea ex captivis comperit,
 aut ipsius adventus aut Labieni cognitus esset, Considius 2
 equo admissa ad eum accurrit, dicit montem, quem a
 Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri: id se a
 Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Caesar suas 3
 copias in proximum collem subducit, aciem instruit.
 Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium
 committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra
 visae essent, ut undique uno tempore in hostes impetus
 fieret, monte occupato nostros exspectabat proelioque
 abstinebat. multo denique die per exploratores Caesar 4
 cognovit et montem ab suis teneri et Helvetios castra
 movisse et Considium timore perterritum, quod non
 vidisset, pro viso sibi renuntiavisse. eo die quo consue- 5
 verat intervallo hostes sequitur et milia passuum tria ab
 eorum castris castra ponit.

23.

Postridie eius diei, quod omnino biduum supererat, 1
 cum exercitui frumentum metiri oporteret, et quod a

römischen Lager entfernt; er ließ erkunden, wie der Berg aussehe und wie er auf jeder Seite zu ersteigen sei. Es wurde gemeldet, man komme leicht hinauf. Um die dritte Nachtwache befiehlt er dem Legaten Titus Labienus, mit zwei Legionen unter Führung der Leute, die den Weg schon kannten, zum Kamm des Berges aufzusteigen, und macht ihn mit seinem Plan vertraut. Er selbst marschierte in der vierten Nachtwache auf demselben Weg, den die Feinde genommen hatten, ihnen nach und schickte die ganze Reiterei voraus. Publius Considius, der als sehr erfahrener Soldat galt und im Heer des Lucius Sulla und später unter Marcus Crassus gedient hatte, wird mit Kundschaftern vorausgeschickt.

Als bei Tagesanbruch der Berggipfel von Labienus besetzt und Caesar vom feindlichen Lager höchstens noch tausendfünfhundert Schritte entfernt war und, wie er später von Gefangenen erfuhr, weder sein Anmarsch noch der des Labienus bemerkt worden war, kommt Considius eiligst zu Caesar angesprengt und meldet, der Berg, den Labienus besetzen sollte, sei noch in Feindeshand; dies habe er an gallischen Waffen und Abzeichen erkannt. Caesar führt sein Heer auf den nächsten Hügel und stellt es kampfbereit auf. Labienus hatte von Caesar Befehl, den Kampf erst dann zu beginnen, wenn dessen Heer vor dem feindlichen Lager erschienen sei, um die Feinde zur gleichen Zeit von allen Seiten zu überfallen. So hielt er den Berg besetzt, wartete auf die Unseren und ließ sich auf kein Gefecht ein. Erst hoch am Tage erfuhr Caesar durch Späher, daß der Berg von seinen Leuten gehalten werde, die Helvetier abgezogen seien und Considius vor lauter Angst als Beobachtung gemeldet hatte, was er gar nicht sah. So folgte er an diesem Tag dem Feind im üblichen Abstand und schlug drei Meilen von ihm sein Lager auf.

Am Tag danach, da überhaupt nur noch zwei Tage übrig waren, bis man Getreide an das Heer ausgeben mußte, und

Bibracte, oppido Haeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat, rei frumentariae prospiciendum existimavit; iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit. ea res per fugitivos L. 2
 Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntia- 3
 tur. Helvetii seu quod timore perterritos Romanos disce- 3
 dere a se existimarent, eo magis, quod pridie superiori-
 bus locis occupatis proelium non commisissent, sive eo
 quod re frumentaria intercludi posse confiderent, com-
 mutato consilio atque itinere converso nostros a novis-
 simo agmine insequi ac lacessere coeperunt.

24.

Postquam id animadvertit, copias suas Caesar in pro- 1
 ximum collem subducit equitatumque, qui sustineret 1
 hostium impetum, misit. ipse interim in colle medio tripli- 2
 cem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum ita, 2
 uti supra se in summo iugo duas legiones, quas in Gallia 3
 citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlo- 3
 caret ac totum montem hominibus compleret; interea sar-
 cinas in unum locum conferri et eum ab his, qui in supe-
 riore acie constiterant, muniri iussit. Helvetii cum omni- 4
 bus suis carris secuti impedimenta in unum locum contu- 4
 lerunt; ipsi confertissima acie reiecto nostro equitatu 5
 phalange facta sub primam nostram aciem successerunt.

25.

Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu re- 1
 motis equis, ut aequato omnium periculo spem fugae tol- 1
 leret, cohortatus suos proelium commisit. milites e loco 2
 superiore pilis missis facile hostium phalangem perfrege- 2
 runt. ea disiecta gladiis dstrictis in eos impetum fece-
 runt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod 3
 pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et con-

Bibracte, die weitaus größte und reichste Stadt der Häduer, nur mehr 18 Meilen entfernt lag, glaubte er, für den Getreidenachschub sorgen zu müssen, bog von den Helvetiern ab und zog nach Bibracte. Dies wurde den Feinden von entlaufenen Sklaven aus der Abteilung des Lucius Aemilius, eines Dekurio der gallischen Reiter, verraten. Ob nun die Helvetier meinten, die Römer zögen aus Furcht ab, besonders, weil sie tags zuvor trotz der Besetzung der Anhöhen nicht angegriffen hatten, oder ob sie darauf vertrauten, daß man sie aushungern könne: sie änderten jedenfalls ihren Plan, machten kehrt und fingen an, unsere Nachhut zu bedrängen und herauszufordern.

Als Caesar dies merkte, führte er sein Heer auf den nächsten Hügel und schickte die Reiterei vor, um den feindlichen Angriff aufzufangen. Er selbst stellte unterdessen auf halber Höhe seine vier altgedienten Legionen in drei Kampflinien auf; oben am Kamm des Hügels ließ er die zwei im diesseitigen Gallien unlängst ausgehobenen Legionen, dazu alle Hilfstruppen Stellung beziehen und besetzte so den ganzen Berg mit Kämpfern; in der Zwischenzeit ließ er den Troß zusammenbringen und den Platz von der oben aufmarschierten Truppe durch Schanzen sichern. Die Helvetier waren mit all ihren Karren gefolgt und hatten ihr Gepäck zusammengefahren; sie selbst bildeten einen dicht gedrängten Haufen, warfen unsere Reiter und rückten in geschlossener Reihe von unten gegen unsere erste Linie an.

Caesar ließ zuerst sein Pferd, dann die aller übrigen Offiziere außer Sichtweite führen, damit bei gleicher Gefahr für alle niemand auf Flucht hoffen könne, feuerte sein Heer an und begann die Schlacht. Die Soldaten schleuderten ihre Speere von oben und durchbrachen mühelos die feindliche Angriffsfront. Als diese zersprengt war, rissen sie das Schwert heraus und stürzten sich auf die Feinde. Den Galliern war im Kampf sehr hinderlich, daß ein Wurfspieß meh-

ligatis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere neque sinistra impedita satis commode pugnare poterant, multi 4
 ut diu iactato brachio praeoptarent scuta e manu emit-
 tere et nudo corpore pugnare. tandem vulneribus defessi 5
 et pedem referre et, quod mons suberat circiter mille
 passuum, eo se recipere coeperunt. capto monte et suc- 6
 cedentibus nostris Boi et Tulingi, qui hominum milibus
 circiter XV agmen hostium claudebant et novissimis prae-
 sidio erant, ex itinere nostros latere aperto adgressi cir-
 cumvenere et id conspicati Helvetii, qui in montem se
 receperant, rursus instare et proelium redintegrare coe-
 perunt. Romani conversa signa bipertito intulerunt: 7
 prima et secunda acies, ut victis ac summotis resisteret,
 tertia, ut venientes sustineret.

26.

Ita ancipiti proelio diu atque acriter pugnatum est. 1
 diutius cum sustinere nostrorum impetus non possent,
 alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad
 impedimenta et carros suos se contulerunt. nam hoc toto 2
 proelio, cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit,
 aversum hostem videre nemo potuit. ad multam noctem 3
 etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod pro
 vallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros
 venientes tela coniciebant et nonnulli inter carros rotas-
 que mataras ac tragulas subiciebant nostrosque vulne- 4
 rabant. diu cum esset pugnatum, impedimentis castris-
 que nostri potiti sunt. ibi Orgetorigis filia atque unus e 5
 filiis captus est. ex eo proelio circiter milia CXXX
 hominum superfuerunt eaque tota nocte continenter
 ierunt. nullam partem noctis itinere intermisso in fines
 Lingonum die quarto pervenerunt, cum et propter vul-

rere ihrer Schilde auf einmal durchschlug und zusammenheftete, die Eisenspitze sich verbog und sie den Speer weder herausreißen noch, weil ihr linker Arm behindert war, freikämpfen konnten, so daß viele erst lange ihren Arm schüttelten, es dann aber vorzogen, den Schild fallen zu lassen und ungeschützt zu fechten. Endlich waren sie von Wunden erschöpft und zogen sich langsam auf einen Berg in etwa einer Meile Entfernung zurück. Als sie die Anhöhe besetzt hatten und die Unseren bergauf nachrückten, griffen die Boier und Tulinger, die mit etwa 15000 Mann die Nachhut des feindlichen Heeres bildeten und die Nachzügler deckten, die Unseren vom Marsch aus auf der ungedeckten Flanke an und umzingelten sie; als dies die auf den Berg zurückgegangenen Helvetier sahen, gingen sie wieder vor und erneuerten den Kampf. Die Römer schwenkten und bildeten zwei Fronten: das erste und zweite Treffen trat dem geschlagenen und geworfenen Feind entgegen, das dritte wehrte die neu Anrückenden ab.

So wurde in einem Zweifrontenkampf lange und erbittert gerungen. Als die Feinde unserem Ansturm nicht mehr standhalten konnten, zogen sich die einen, wie zuvor, auf den Berg zurück, während die anderen geordnet zum Troß und zu den Karren zurückgingen. Denn in der ganzen Schlacht, die doch von Mittag bis Abend dauerte, bekam niemand einen Feind zu sehen, der den Rücken zeigte. Bis tief in die Nacht kämpfte man noch beim Troß; denn sie hatten aus ihren Karren eine Wagenburg gebildet und schleuderten ihre Geschosse von oben herab auf unsere Sturmtruppen; manche steckten zwischen den Karren und Rädern, warfen von unten her Wurfspieße und Speere und verwundeten unsere Männer. Nach langem Kampf erstürmten die Unseren Troß und Lager. Dort wurden die Tochter und ein Sohn des Orgetorix gefangen. Diese Schlacht überlebten etwa 130000 Menschen, und sie zogen die ganze Nacht hindurch davon. In beständigen Tag- und Nachtmärschen gelangten sie nach drei Tagen ins Gebiet der Lingonen, wäh-

nera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent. Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuvarent: qui si iuvisent, se eodem loco quo Helvetios habiturum. ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit. 6

27.

Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de ditione ad eum miserunt. qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent atque eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum exspectare iussisset, paruerunt. eo postquam Caesar pervenit, obsides arma servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. dum ea conquiruntur et conferuntur nocte intermissa, circiter hominum milia sex eius pagi, qui Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte e castris Helvetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt. 1
2
3
4

28.

Quod ubi Caesar rescit, quorum per fines ierant, his, uti conquirent et reducerent, si sibi purgati esse velent, imperavit; reductos in hostium numero habuit; reliquos omnes obsidibus armis perfugis traditis in ditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti iussit et, quod omnibus frugibus amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut iis frumenti copiam facerent; ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit. id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare, ne propter bonitatem 1
2
3
4

rend die Unseren drei Tage brauchten, um die Verwundeten zu versorgen und die Gefallenen zu bestatten, und sie deshalb nicht verfolgen konnten. Doch schickte Caesar zu den Lingonen Gesandte mit dem schriftlichen Verbot, den Helvetiern mit Korn oder sonst etwas zu helfen. Im Fall einer Hilfe werde er sie wie die Helvetier behandeln. Am vierten Tag setzte er den Helvetiern mit der ganzen Armee nach.

Der Mangel an allem zwang die Helvetier, Gesandte wegen ihrer Unterwerfung an Caesar zu schicken. Diese trafen ihn auf dem Marsch, warfen sich ihm zu Füßen und baten flehend und weinend um Frieden; als er ihnen befahl, an ihrem gegenwärtigen Standort sein Eintreffen abzuwarten, leisteten sie Gehorsam. Nach seiner Ankunft forderte er von ihnen Geiseln, ihre Waffen und die übergelaufenen Sklaven. Während man alles zusammensuchte und beibrachte, verließen nach Einbruch der Nacht etwa 6000 Menschen des Verbigener genannten Gaues, entweder aus Furcht, man könnte sie nach Auslieferung der Waffen hinschlachten, oder in der Hoffnung auf glückliches Entkommen – meinten sie doch, in dieser Masse von Gefangenen könne ihre Flucht verborgen bleiben oder erst gar nicht bemerkt werden – das helvetische Lager und eilten dem Rhein und Germanien zu.

Als Caesar dies erfuhr, befahl er den Stämmen, durch deren Gebiet sie zogen, die Flihenden aufzugreifen und zurückzubringen, wenn sie vor ihm ohne Mitschuld dastehen wollten; die Zurückgebrachten behandelte er als Feinde; die Unterwerfung der übrigen nahm er nach Auslieferung von Geiseln, Waffen und Überläufern an. Die Helvetier, Tulinger, Latobriger ließ er in die verlassene Heimat zurückkehren, und weil sie nach dem Verlust aller Feldfrüchte daheim nichts hatten, um ihren Hunger zu stillen, befahl er den Allobrogern, ihnen Getreide zu liefern; sie selbst mußten ihre niedergebrannten Städte und Dörfer wieder aufbauen. Seine Hauptabsicht dabei war, den Raum, aus dem die Hel-

agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, suis finibus in Helvetiorum fines transirent et finitimi Galliae provinciae Allobrogibusque essent. Boios petentibus Haeduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis conlocarent, concessit; quibus illi agros dederunt quosque postea in parem iuris libertatisque condicionem, atque ipsi erant, receperunt. 5

29.

In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae et ad Caesarem relatae; quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent, et item separatim pueri, senes mulieresque. quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum milia ducenta sexaginta tria, Tulingorum milia XXXVI, Latobrigorum XIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII; ex his, qui arma ferre possent, ad milia nonaginta duo. summa omnium fuerunt ad milia trecenta sexaginta octo. eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Caesar imperaverat, repertus est numerus milium centum et decem. 1 2 3

30.

Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati principes civitatum ad Caesarem gratulatum conveniunt: intellegere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse, propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Helvetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. 1 2 3

vetier abgezogen waren, nicht unbesiedelt zu lassen und so zu verhindern, daß die rechtsrheinischen Germanen wegen der guten Böden aus ihrem Gebiet in das der Helvetier überwechselten und so nächste Nachbarn der gallischen Provinz, und zwar der Allobroger, würden. Als die Häduer baten, in ihrem Gebiet die Boier ansiedeln zu dürfen, die als ausnehmend tapfer bekannt waren, gestand er es zu; die Häduer wiesen ihnen Land an und verliehen ihnen später die gleichen Rechte und Freiheiten, die sie selbst besaßen.

Im Lager der Helvetier fand man Tafeln in griechischer Schrift, die man Caesar überbrachte. Auf diesen Tafeln war die Gesamtzahl der Ausgewanderten unter Angabe der Stammesnamen aufgeführt, die Zahl der Waffenfähigen, dazu gesondert die Kinder, Greise und Frauen. Die Summe all dieser Posten belief sich auf zweihundertdreiundsechzigtausend Helvetier, 36000 Tulinger, 14000 Latobriger, 23000 Rauraker, 32000 Boier; davon waren zweiundneunzigtausend Waffenfähige. Die Gesamtsumme belief sich auf dreihundertachtundsechzigtausend. Eine auf Caesars Befehl durchgeführte Zählung der nach Hause Zurückgekehrten ergab eine Zahl von einhundertzehntausend.

Nach dem Ende des Helvetierkrieges fanden sich aus fast ganz Gallien die führenden Männer der Stämme als Gesandte bei Caesar ein, um ihm zu gratulieren und zu erklären: Auch wenn Caesar die Helvetier wegen ihres alten Unrechts am römischen Volk in diesem Krieg bestraft habe, wüßten sie doch, daß dessen Ausgang den Galliern nicht minder nütze als dem römischen Volk. Die Helvetier hätten nämlich trotz ihres großen Wohlstandes die Heimat nur in der Absicht verlassen, ganz Gallien anzugreifen, es zu unterwerfen und als Wohnsitz aus einer großen Fülle den Platz auszuwählen, den sie in ganz Gallien als den blühendsten und fruchtbarsten ansahen. Von den übrigen aber wollten sie Tribut erheben. Sie baten um Erlaubnis, mit Caesars

petiverunt, uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris voluntate facere liceret; sese habere quasdam res, quas ex communi consensu ab eo petere vellent. ea re permissa diem concilio constituerunt et iure iurando, ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt.

31.

Eo concilio dimisso idem principes civitatum, qui ante fuerant, ad Caesarem reverterunt petieruntque, uti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt: non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti ea quae vellent impetrarent, propterea quod, si enuntiatum esset, summum in cruciatum se venturos viderent. locutus est pro his Diviciacus Haeduus: Galliae totius factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos. hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernibus Sequanisque Germani mercede arcesserentur. horum primo circiter milia XV Rhenum transisse; posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plures; nunc esse in Gallia ad centum et viginti milium numerum. cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse. quibus proeliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis et iure iurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploratuos neque recusatuos, quominus perpetuo sub illorum ditione atque

Einwilligung einen Landtag ganz Galliens auf einen bestimmten Termin einzuberufen. Sie hätten einiges, was sie nach gemeinsamer Absprache von ihm erbitten wollten. Sie erhielten die Genehmigung, legten einen Termin für den Landtag fest und verpflichteten einander eidlich, keiner dürfe davon etwas verlauten lassen, es sei denn, er wäre durch gemeinsamen Beschluß ermächtigt.

Nach Abschluß des Landtages kamen die gleichen Stammesführer, die zuvor bei ihm waren, wieder zu Caesar und baten, mit ihm ohne Zeugen und insgeheim über ihr und aller Schicksal verhandeln zu dürfen. Dies wurde bewilligt, und sie warfen sich alle unter Tränen Caesar zu Füßen: Sie bäten ebenso dringend darum, ihre Äußerungen geheimzuhalten wie ihren Wunsch zu erfüllen, weil sie im Fall einer Weitergabe den furchtbarsten Martern entgegensähen. Für alle führte der Häduer Diviciacus das Wort: In ganz Gallien gebe es zwei Parteien; die eine führten die Häduer an, die andere die Arverner. Nachdem beide viele Jahre erbittert um die Vormacht gekämpft hätten, sei es dahin gekommen, daß die Arverner und Sequaner Germanen für Sold anwarben. Von diesen seien anfangs etwa 15000 über den Rhein gekommen; als jedoch diese unkultivierten und rohen Menschen Felder, Kultur und Wohlstand Galliens schätzen gelernt hatten, seien immer mehr gefolgt, und derzeit seien es in Gallien schon hundertzwanzigtausend. Mit diesen hätten die Häduer und ihr Anhang wiederholt Krieg geführt, seien mit schweren Verlusten unterlegen, hätten ihren gesamten Adel, den ganzen Rat und alle Reiter eingebüßt. Durch diese Niederlagen seien sie gebrochen, und die Häduer, einst durch ihre Tapferkeit, ihre enge Verbindung und Freundschaft mit dem römischen Volk die Vormacht Galliens, seien gezwungen worden, den Sequanern die Edelsten ihres Stammes als Geiseln geben. Sie mußten sich auch eidlich verpflichten, weder die Geiseln zurückzufordern noch das römische Volk um Hilfe zu bitten noch jemals gegen die dauernde Beherrschung und Knechtung durch die Ger-

imperio essent. unum se esse ex omni civitate 8
Haeduorum, qui adduci non potuerit, ut iuraret aut libe-
ros suos obsides daret. ob cam rem se ex civitate profu- 9
gisse et Romam ad senatum venisse auxilium postulatum,
quod solus neque iure iurando neque obsidibus tenere-
tur. sed peius victoribus Sequanis quam Haeduis victis 10
accidisse, propterea quod Ariovistus, rex Germanorum,
in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri
Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset,
et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet,
propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia 11
hominum XXIII ad eum venissent, quibus locus ac sedes
pararentur. futurum esse paucis annis, uti omnes ex Gal-
liae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum 12
transirent; neque enim conferendum esse Gallicum cum
Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus
cum illa comparandam. Ariovistum autem, ut semel Gal-
lorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit ad 13
Magetobrigam, superbe et crudeliter imperare, obsides
nobilissimi cuiusque liberos poscere et in eos omnia
exempla cruciatusque edere, si qua res non ad nutum aut
ad voluntatem eius facta sit. hominem esse barbarum, 14
iracundum, temerarium; non posse eius imperia diutius
sustineri. nisi quid in Caesare populoque Romano sit
auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helve-
tium fecerint, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias
sedes, remotas a Germanis, petant fortunamque, quae-
cumque accadat, experiantur. haec si enuntiata Ariovisto 15
sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud
eum sint, gravissimum supplicium sumat. Caesarem vel 16
auctoritate sua atque exercitus vel recenti victoria vel
nomine populi Romani deterrere posse, ne maior multi-
tudo Germanorum Rhenum traducatur, Galliamque
omnem ab Ariovisti iniuria posse defendere.

manen auch nur Einspruch zu erheben. Er allein im ganzen Häduerstamm habe sich nie bereit gefunden, zu schwören oder seine Kinder als Geiseln zu stellen. Deshalb mußte er aus seinem Stamm fliehen und habe in Rom beim Senat Hilfe gesucht, denn ihn allein bänden weder Eid noch Geiseln. Doch noch schlimmer als den besiegten Häduern sei es den siegreichen Sequanern ergangen, weil sich der Germanenkönig Ariovist in ihrem Land festgesetzt, ein Drittel der Sequanerflur, der besten von ganz Gallien, weggenommen habe und derzeit die Sequaner vom zweiten Drittel vertreibe, weil vor ein paar Monaten 24 000 Haruden zu ihm stießen, für die er Wohnsitze beschaffe. In wenigen Jahren werde es so weit kommen, daß sie alle aus Gallien vertrieben würden und alle Germanen über den Rhein kämen: Der germanische Boden könne es nämlich nicht mit dem gallischen aufnehmen, noch halte die germanische Lebensweise den Vergleich mit der hiesigen aus. Ariovist aber, seitdem er erst einmal ein gallisches Heer besiegt habe (die Schlacht sei bei Magetobriga gewesen), herrsche tyrannisch und grausam, fordere die Kinder des höchsten Adels als Geiseln und verhänge über sie zur Abschreckung die ausgesuchtesten Martern, wenn etwas nicht sofort nach seinem Wink und Willen geschehe. Er sei ein Barbar, jähzornig und unberechenbar, und sie könnten seine Tyrannei nicht länger ertragen. Komme nun keine Hilfe von Caesar und dem römischen Volk, müßten alle Gallier dasselbe tun wie die Helvetier, nämlich auswandern, um eine neue Heimat und andere Wohnsitze, fern von den Germanen, zu suchen und jedes Schicksal, wie es nur komme, ertragen. Erführe Ariovist von dieser Unterredung, so würde er ohne Zweifel alle Geiseln, die bei ihm seien, grausam hinrichten lassen. Caesar sei es, der durch das Ansehen seiner Persönlichkeit und seines Heeres, durch den frisch errungenen Sieg oder den Ruhm des römischen Volkes die Germanen davon abschrecken könne, noch mehr Menschen über den Rhein zu führen, und Caesar könne auch ganz Gallien vor Ariovists Übergriffen bewahren.

32.

Hac oratione ab Diviciaco habita omnes, qui aderant, 1
 magno fletu auxilium a Caesare petere coeperunt. ani- 2
 madvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum
 rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes capite
 demisso terram intueri. eius rei quae causa esset, miratus
 ex ipsis quaesiit. nihil Sequani respondere, sed in eadem 3
 tristitia taciti permanere. cum ab his saepius quaereret
 neque ullam omnino vocem exprimere posset, idem Divi- 4
 ciacus Haeduus respondit: hoc esse miseriorem et gravi-
 orem fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli
 ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare
 auderent absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si
 coram adesset, horrerent, propterea quod reliquis tamen 5
 fugae facultas daretur, Sequanis vero, qui intra fines
 suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in
 potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi.

33.

His rebus cognitis Caesar Gallorum animos verbis con- 1
 firmavit pollicitusque est sibi eam rem curae futuram;
 magnam se habere spem et beneficio suo et auctoritate
 adductum Ariovistum finem iniuriis facturum. hac ora- 2
 tione habita concilium dimisit. et secundum ea multae res
 eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam et sus-
 cipiendam putaret, inprimis, quod Haeduos fratres con-
 sanguineosque saepe numero a senatu appellatos in servi-
 tute atque ditione videbat Germanorum teneri eorumque
 obsides esse apud Ariovistum ac Sequanos intellegebat;
 quod in tanto imperio populi Romani turpissimum sibi et
 rei publicae esse arbitrabatur. paulatim autem Germa- 3
 nos consuescere Rhenum transire et in Galliam magnam
 eorum multitudinem venire populo Romano periculosum
 videbat, neque sibi homines feros ac barbaros tempera- 4
 turos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupavis-
 sent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam

Nach dieser Rede des Diviciacus baten alle Anwesenden unter vielen Tränen Caesar um Hilfe. Es fiel Caesar auf, daß allein von allen die Sequaner sich nicht so verhielten wie die übrigen, sondern traurig mit gesenktem Haupt zu Boden sahen. Darüber verwundert, fragte er sie nach dem Grund. Die Sequaner gaben keine Antwort, sondern blieben stumm und traurig wie zuvor. Als er sie nun mehrfach befragte, aber kein Wort aus ihnen herausbringen konnte, antwortete wieder der Häduer Diviciacus: Das Los der Sequaner sei noch jammervoller und härter als das der anderen, weil sie allein nicht einmal insgeheim zu klagen oder Hilfe zu erbitten wagten und den grausamen Ariovist, auch wenn er abwesend sei, so fürchteten, als wäre er leibhaftig da, weil alle anderen wenigstens fliehen könnten, die Sequaner jedoch, die Ariovist in ihr Land aufgenommen hätten und deren Städte sämtlich in dessen Gewalt seien, die schlimmsten Mißhandlungen über sich ergehen lassen müßten.

Als Caesar dies hörte, sprach er den Galliern Mut zu und versprach, er werde sich ihrer Sache annehmen und hoffe zuversichtlich, Ariovist werde sich durch Caesars frühere gute Dienste und sein Ansehen von weiteren Übergriffen abbringen lassen. Damit entließ er die Versammlung. Neben den genannten Tatsachen bestimmten ihn viele andere Gründe dazu, die Sache zu überdenken und zu der seinen zu machen, besonders, daß er die Häduer, vom Senat mehrfach als ‚Brüder‘ und ‚Blutsfreunde‘ anerkannt, von den Germanen versklavt und geknechtet sah und hörte, daß Geiseln von ihnen in der Gewalt des Ariovist und der Sequaner seien; angesichts der Größe des römischen Reiches sah er dies als schwere Schande für seine Person und den Staat an. Daß zudem die Germanen sich langsam daran gewöhnten, den Rhein zu überschreiten, und massenhaft nach Gallien kämen, erschien ihm als Gefahr für das römische Volk, und er glaubte, diese wilden Barbaren würden nach der Besetzung von ganz Gallien ebenso gewaltsam wie einst die Kim-

exirent atque inde in Italiam contenderent, praesertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret; quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. ipse autem Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur. 5

34.

Quam ob rem placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, uti aliquem locum medium utriusque conloquio deligeret: velle sese de re publica et summis utriusque rebus cum eo agere. ei legationi Ariovistus respondit: si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; sic quid ille se velit, illum ad se venire oportere. praeterea se neque sine exercitu in eas partes Galliae venire audere, quas Caesar possideret, neque exercitum sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere posse. sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari aut omnino populo Romano negotii esset. 4

35.

His responsis ad Caesarem relatis iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit: quoniam tanto suo populique Romani beneficio adfectus, cum in consulatu suo rex atque amicus ab senatu appellatus esset, hanc sibi populoque Romano gratiam referret, ut in conloquium venire invitatus gravaretur neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret, haec esse, quae ab eo postularet: primum ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret; deinde obsides, quos haberet ab Haeduis, redderet Sequanisque permetteret, ut, quos illi haberent, voluntate eius reddere illis liceret; neve Haeduos iniuria laceret neve his sociisque eorum bellum inferret. si id ita 4

bern und Teutonen in die Provinz einfallen und von dort nach Italien vordringen, da ja nur der Rhodanus das Sequanerland von unserer Provinz trennt; dieser Gefahr mußte man, so glaubte er, unverzüglich begegnen. Auch war Ariovist derart hochmütig und anmaßend geworden, daß es unerträglich schien.

Daher beschloß er, Gesandte an Ariovist zu schicken mit der Aufforderung, einen beliebigen Ort in der Mitte zwischen ihnen für eine Aussprache zu bestimmen: Er wolle mit ihm über politische Probleme und Fragen von höchster Bedeutung für beide Seiten verhandeln. Dieser Gesandtschaft erklärte Ariovist: Wenn er von Caesar etwas brauchte, wäre er zu ihm gekommen; wenn jener von ihm etwas wolle, müsse er sich schon zu ihm bemühen. Überdies wage er nicht, ohne Heer in Gebiete Galliens zu kommen, die Caesar beherrsche, und er könne nicht ohne große Versorgungsschwierigkeiten ein Heer zusammenziehen. Übrigens frage er sich verwundert, was in seinem Gallien, das er im Krieg unterworfen habe, Caesar oder überhaupt das römische Volk zu suchen habe.

Auf diese Antwort hin schickte ihm Caesar neue Gesandte mit folgendem Auftrag: Obschon ihm Caesar und das römische Volk einen großen Gefallen erwiesen habe, indem ihn der Senat in Caesars Konsulatsjahr als ‚König und Freund‘ anerkannte, statt er ihm und dem römischen Volk seinen Dank in der Form ab, daß er der Einladung zu einem Treffen nicht folgen und über gemeinsame Interessen nicht sprechen und beraten wolle. So fordere er folgendes von ihm: Erstens: Er solle keine weiteren Menschenmassen über den Rhein nach Gallien bringen. Zweitens: Er solle die Geiseln der Häduer freigeben und den Sequanern gestatten, den Häduern auch die ihrigen zurückzuschicken. Weiter: Er solle weder die Häduer feindselig behandeln noch sie oder ihre Bündner überfallen. Bei solchem Verhalten blieben

fecisset, sibi populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram; si non impetraret, sese, quoniam M. Messala M. Pisone consulibus senatus censuisset, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo rei publicae facere posset, Haeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet, se Haeduorum iniurias non neglecturum.

36.

Ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli, ut qui vicissent, iis quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent; item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. si ipse populo Romano non praescriberet, quemadmodum suo iure uteretur, non oportere se a populo Romano in suo iure impediri. Haeduos sibi, quoniam belli fortunam temptassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos. magnam Caesarem iniuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. Haeduis se obsides redditurum non esse neque his neque eorum sociis iniuria bellum inlaturum, si in eo manerent, quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent. si id non fecissent, longe his fraternum nomen populi Romani afuturum. quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse. cum vellet, congregederetur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui inter annos XIII tectum non subissent, virtute possent.

37.

Haec eodem tempore Caesari mandata referebantur et legati ab Haeduis et a Treveris veniebant: Haedui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur; sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariovisti redimere potuisse; Treveri

Caesar und das römische Volk ihm zu stetem Dank verbunden und befreundet; wo nicht, werde er Unrecht gegenüber den Häduern keineswegs ungestraft lassen, da der Senat im Amtsjahr der Konsuln Marcus Messala und Marcus Piso beschlossen habe, jeder Statthalter der Provinz Gallien habe die Häduer und sonstigen Freunde des römischen Volkes zu schützen, soweit es ohne Nachteil für Rom geschehen könne.

Darauf ließ Ariovist erwidern: Kriegerrecht sei es, daß die Sieger mit den Besiegten nach Belieben verführen; auch das römische Volk sei gewohnt, Besiegte nicht nach fremder Vorschrift, sondern nach eigenem Gutdünken zu behandeln. Wenn er selbst dem römischen Volk nicht vorschreibe, wie es sein Recht ausüben solle, dürfe auch ihn das römische Volk nicht in seinem Recht einschränken. Die Häduer seien ihm, da sie das Kriegsglück versucht, mit den Waffen gekämpft und verloren hätten, tributpflichtig. Caesar begehe schweres Unrecht, da er durch sein Dazwischentreten seine Einkünfte mindere. Er werde den Häduern ihre Geiseln nicht herausgeben, jedoch weder gegen sie noch ihre Verbündeten ohne Ursache Krieg führen, vorausgesetzt, sie hielten ihren Vertrag ein und zahlten jährlich ihren Tribut. Anderenfalls werde ihnen der Ehrentitel ‚Brüder des römischen Volkes‘ gar nichts nützen. Wenn Caesar ihm drohe, er werde Unrecht an den Häduern nicht hinnehmen, so weise er darauf hin, daß noch keiner sich mit ihm angelegt habe, ohne in sein Verderben zu rennen. Wenn er wolle, könne er ja kämpfen; er werde sehen, was sieggewohnte und waffengeübte Germanen, Männer, die 14 Jahre unter kein Dach kamen, durch ihre Tapferkeit ausrichten könnten.

Gerade, als Caesar diesen Bescheid erhielt, kamen Gesandte der Häduer und Treverer; die Häduer, um sich zu beklagen, daß die erst vor kurzem nach Gallien herübergehenden Haruden ihr Land verwüsteten; man habe nicht einmal durch die Stellung von Geiseln Frieden von Ariovist

autem, pagos centum Sueborum ad ripas Rheni con-
 disse, qui Rhenum transire conarentur; his praesse
 Nasuam et Cimberium fratres. quibus rebus Caesar 4
 vehementer commotus maturandum sibi existimavit, ne,
 si nova manus Sueborum cum veteribus copiis Ariovisti
 sese coniunxisset, minus facile resisti posset. itaque re 5
 frumentaria, quam celerrime potuit, comparata magnis
 itineribus ad Ariovistum contendit.

38.

Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovis- 1
 tum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontio-
 nem, quod est oppidum maximum Sequanorum, conten- 2
 dere triduique viam a suis finibus processisse. id ne acci-
 deret, magnopere sibi praecavendum Caesar existima-
 bat. namque omnium rerum, quae ad bellum usui erant, 3
 summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic 4
 muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret
 facultatem, propterea quod flumen Dubis ut circino cir- 5
 cumductum paene totum oppidum cingit; reliquum spa-
 tium, quod est non amplius pedum M sescentorum, qua
 flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut
 radices eius montis ex utraque parte ripae fluminis con- 6
 tingant. hunc murus circumdatus arcem efficit et cum 7
 oppido coniungit. huc Caesar magnis nocturnis diurnis-
 que itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesi-
 dium conlocat.

39.

Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae 1
 commeatusque causa moratur, ex percontatione
 nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui
 ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili vir-
 tute atque exercitatione in armis esse praedicabant
 (saepe numero sese cum his congressos ne vultum quidem
 atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse), tantus

erkaufen können; die Treverer aber klagten, hundert Abteilungen der Sueben lagerten am Rheinufer und versuchten, den Fluß zu überschreiten; ihre Anführer seien die Brüder Nasua und Cimberius. Diese Ereignisse beunruhigten Caesar in hohem Maße, und er glaubte, rasch handeln zu müssen, damit sich nicht der frische Zuzug der Sueben mit den bisherigen Scharen des Ariovist verbinde und der Kampf dann um so schwieriger werde. Daher sorgte er möglichst rasch für Getreide und rückte Ariovist in Eilmärschen entgegen.

Nach einem Marsch von drei Tagen erhielt er Meldung, Ariovist eile mit seinem ganzen Heer nach Vesontio, der größten Stadt der Sequaner, um sie zu erobern, und habe seine Grenzen schon drei Tagemärsche weit überschritten. Caesar glaubte, er müsse die Besetzung der Stadt um jeden Preis verhindern, lag doch ein riesiger Vorrat jeder Art von Kriegsmaterial in der Stadt, die durch ihre Lage so geschützt war, daß sie eine ausgezeichnete Möglichkeit bot, den Krieg in die Länge zu ziehen. Der Fluß Dubis umzieht nämlich, wie mit dem Zirkel herumgeführt, fast die ganze Stadt; die einzige Stelle von höchstens 1600 Fuß Breite, die der Fluß offenläßt, versperrt ein sehr hoher Berg, dessen Ausläufer auf beiden Seiten das Flußufer berühren. Eine Ringmauer macht den Berg zur Festung und verbindet ihn zugleich mit der Stadt. Dorthin eilte Caesar in Eilmärschen bei Tag und Nacht, nahm die Stadt und legte eine Besatzung hinein.

Während er wenige Tage bei Vesontio zur Versorgung mit Getreide und Nachschub verbrachte, ergriff aufgrund der Erkundigungen unserer Leute und des Geredes der Gallier und Händler, die erzählten, die Germanen seien riesengroß, unglaublich tapfer und kriegsgeübt (sie hätten oft im Verkehr mit ihnen nicht einmal ihre wilde Miene und die scharfen Augen ertragen), plötzlich solche Bestürzung das ganze

subito timor omnem exercitum occupavit, ut non medio-
 criter omnium mentes animosque perturbaret. hic pri- 2
 mum ortus est a tribunis militum praefectis reliquisque,
 qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti non magnum
 in re militari usum habebant. quorum alius alia causa 3
 inlata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse
 diceret, petebat, ut eius voluntate discedere liceret; non-
 nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent,
 remanebant. hi neque vultum fingere neque interdum 4
 lacrimas tenere poterant; abditi in tabernaculis aut suum
 fatum querebantur aut cum familiaribus suis commune
 periculum miserabantur. vulgo totis castris testamenta
 obsignabantur. horum vocibus ac timore paulatim etiam 5
 ii, qui magnum in castris usum habebant, milites centu-
 rionesque quique equitatu praerant, perturbabantur.
 qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se 6
 hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem sil-
 varum, quae inter eos atque Ariovistum intercederent,
 aut rem frumentariam, ut satis commode supportari pos-
 set, timere dicebant. nonnulli etiam Caesari nuntiabant, 7
 cum castra moveri ac signa ferri iussisset, non fore dicto
 audientes milites neque propter timorem signa laturos.

40.

Haec cum animadvertisset, convocato consilio om- 1
 niumque ordinum ad id consilium adhibitis centurioni-
 bus vehementer eos incusavit: primum, quod aut quam in
 partem aut quo consilio ducerentur, sibi quaerendum aut
 cogitandum putarent. Ariovistum se consule cupidissime 2
 populi Romani amicitiam adpetisse; cur hunc tam temere
 quisquam ab officio discessurum iudicaret? sibi quidem 3
 persuaderi cognitis suis postulatis atque aequitate condi-
 tionum perspecta eum neque suam neque populi Romani
 gratiam repudiaturum. quodsi furore atque amentia 4
 impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? aut
 cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent?

Heer, daß bei allen das klare Denken und der Mut erheblich nachließen. Die Angst ging aus von den Kriegstribunen, Präfekten und anderen Leuten, die Caesar aus Freundschaft von Rom gefolgt waren und nicht viel Kriegserfahrung besaßen. Von diesen bat einer nach dem anderen unter diesem und jenem Vorwand, der ihn angeblich zur Abreise zwang, Caesar um Erlaubnis, abreisen zu dürfen; nur wenige schämten sich und blieben da, um dem Verdacht der Feigheit zu entgehen. Doch konnten sie weder Tapferkeit heucheln noch ab und zu die Tränen zurückhalten; in ihren Zelten versteckt, beklagten sie ihr Schicksal oder jammerten mit Freunden über die gemeinsame Gefahr. Im ganzen Lager wurden überall Testamente versiegelt. Durch das ängstliche Geschwätz dieser Leute gerieten allmählich auch die erfahrenen Soldaten, die Zenturionen und Reiterführer in Unruhe. Wer von ihnen als nicht so ängstlich gelten wollte, sagte, er fürchte nicht den Feind, wohl aber die Engpässe, durch die der Marsch führe, die riesigen Wälder zwischen ihnen und Ariovist und die Schwierigkeit ausreichenden Getreidenachschubs. Manche hinterbrachten Caesar gar, die Soldaten würden beim Befehl zu Aufbruch und Abmarsch den Gehorsam verweigern und aus Angst nicht marschieren.

Als Caesar dies erfuhr, berief er den Krieerrat, zog die Zenturionen aller Ränge dazu bei und machte ihnen heftige Vorwürfe: Zuerst, weil sie meinten, sie seien berufen, über Richtung oder Absicht des Marsches Fragen zu stellen und nachzudenken. Ariovist habe in Caesars Konsulatsjahr sich eifrigst um die Freundschaft des römischen Volkes bemüht; wie sollte man glauben, er werde so leichtfertig seine Dankspflicht versäumen? Er zumindest glaube sicher, er werde nach Kenntnis seiner Forderungen und Einsicht in die Billigkeit seiner Vorschläge weder seine noch des römischen Volkes Gunst verscherzen. Selbst wenn er aber in rasendem Übermut Krieg beginne, was sie denn zu fürchten hätten? Warum sie der eigenen Tapferkeit oder seiner Umsicht miß-

factum eius hostis periculum patrum nostrorum memo- 5
ria, cum Cimbris et Teutonis a C. Mario pulsus non mino-
rem laudem exercitus quam ipse imperator meritis vide-
batur; factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos
tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepis- 6
sent, sublevarent, ex quo iudicari posset, quantum habe-
ret in se boni constantia, propterea quod, quos aliquam-
diu inermes sine causa timuissent, hos postea armatos ac
victores superassent. denique hos esse eosdem, quibus- 7
cum saepe numero Helvetii congressi non solum in suis,
sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui
tamen pares esse nostro exercitui non potuerint. si quos 8
adversum proelium et fuga Gallorum commoveret, hos, si
quaerent, reperire posse diuturnitate belli defatigatis
Gallis Ariovistum, cum multos menses castris se ac palu-
dibus tenuisset neque sui potestatem fecisset, desperantes
iam de pugna et dispersos subito adortum magis ratione 9
et consilio quam virtute vicisse. cui rationi contra homi-
nes barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum
quidem sperare nostros exercitus capi posse. qui suum 10
timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque
itineris conferrent, facere arroganter, cum aut de officio
imperatoris desperare aut praescribere viderentur. haec 11
sibi esse curae; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones
subministrare, iamque esse in agris frumenta matura; de
itinere ipsos brevi tempore iudicaturos. quod non fore 12
dicto audientes neque signa laturos dicantur, nihil se ea re
commoveri; scire enim, quibuscumque exercitus dicto
audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse
aut aliquo facinore comperto avaritiam esse convictam.

trauen wollten? Man habe sich mit diesem Feind schon zur Zeit der Vorfahren gemessen, als beim Sieg über die Kimbern und Teutonen unter Gaius Marius das Heer wohl kaum geringeren Ruhm errang als sein Feldherr; man habe diesen Gegner auch vor einigen Jahren im Krieg gegen die Sklaven kennengelernt, denen doch die von uns übernommene militärische Schulung einigermaßen zustatten kam. Daraus könne man sehen, wie nützlich Unerschrockenheit sei, weil man Feinde, die eine Zeitlang bei schlechter Ausrüstung grundlos Furcht erregt hätten, nachher als bewaffnete und siegreiche Gegner schlug. Schließlich seien dies die gleichen Feinde, mit denen die Helvetier häufig gekämpft und sie meistens nicht nur in ihrem, sondern auch im Feindgebiet besiegt hätten, und dabei hätten doch die Helvetier unserem Heer nicht standhalten können. Sollten Niederlage und Flucht der Gallier jemand bedenklich machen, werde sich bei näherer Betrachtung finden, daß die Gallier durch den langen Krieg erschöpft waren, Ariovist aber lange Monate hinter Lagermauern und Sümpfen geblieben und jedem Kampf ausgewichen sei; endlich, als die Gallier schon an der Möglichkeit einer Schlacht verzweifelten und sich zerstreuten, habe er sie plötzlich überfallen und mehr durch Berechnung und List als durch Tapferkeit geschlagen. Doch hoffe nicht einmal Ariovist, mit einem Kunstgriff, der gegen unerfahrene Barbaren angegangen sei, unsere Armee zu überlisten. Wer aber seine Furcht hinter der Sorge um die Verpflegung und die Schwierigkeiten beim Marsch verstecke, handle anmaßend, da er anscheinend am Pflichtbewußtsein des Feldherrn zweifle oder ihm Vorschriften mache. Er wisse aber, was er zu tun habe; Getreide lieferten die Sequaner, Leuker, Lingonen, und schon sei auch die Frucht auf den Feldern reif; über den Marschweg könnten sie selbst in Kürze urteilen. Und wenn es heiße, sie würden nicht aufs Wort gehorchen und marschieren, so mache ihm das nicht den geringsten Eindruck; wisse er doch, daß alle Feldherrn, denen ihr Heer den Gehorsam verweigerte, nach einer Niederlage vom Glück verlassen oder durch offenbare Übeltat der Habgier überführt waren. Seine Uneigennützigkeit sei

suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum 13
 bello esse perspectam. itaque se, quod in longiorem diem 14
 conlaturus fuisset, repraesentaturum et proxima nocte
 de quarta vigilia castra moturum, ut quam primum intel-
 legere posset, utrum apud eos pudor atque officium an
 timor plus valeret. quodsi praeterea nemo sequatur, 15
 tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non
 dubitaret, sibique eam praetoriam cohortem futuram.
 huic Caesar legioni et indulserat praecipue et propter
 virtutem confidebat maxime.

41.

Hac oratione habita mirum in modum conversae sunt 1
 omnium mentes summaque alacritas et cupiditas belli 2
 gerendi innata est, princepsque decima legio per tribunos
 militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium 3
 fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam
 confirmavit. deinde reliquae legiones cum tribunis mili- 3
 tum et primorum ordinum centurionibus egerunt, uti per
 eos Caesari satis facerent; se neque umquam dubitasse
 neque timuisse neque de summa belli suum iudicium, sed
 imperatoris esse existimavisse. eorum satisfactione 4
 accepta et itinere exquisito per Diviciacum, quod e Gallis
 ei maximam fidem habebat, ut milium amplius quinqu-
 ginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta
 vigilia, ut dixerat, profectus est. septimo die, cum iter 5
 non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est
 Ariovisti copias a nostris milibus passuum quattuor et
 viginti abesse.

42.

Cognito Caesaris adventu Ariovistus legatos ad eum 1
 mittit: quod antea de conloquio postulasset, id per se fieri
 licere, quoniam propius accessisset seque id sine periculo
 facere posse existimaret. non respuit condicionem Caesar 2
 iamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur, cum id,

durch sein bisheriges Leben, sein Glück im Helvetierfeldzug bewiesen. Er werde daher, was er um einige Tage verschieben wollte, sofort ausführen und noch in der nächsten Nacht in der vierten Nachtwache aufbrechen, um möglichst bald zu sehen, ob bei ihnen Ehr- und Pflichtgefühl oder die Angst stärker sei. Und sollte ihm sonst niemand folgen, werde er doch mit der zehnten Legion allein marschieren, der er vertraue und die seine Leibwache sein werde. Diese Legion bevorzugte er besonders und vertraute ihr unbedingt wegen ihrer Tapferkeit.

Diese Rede bewirkte bei allen einen erstaunlichen Stimmungsumschwung und entfachte höchste Begeisterung und Kriegslust; vor allem dankte ihm die zehnte Legion durch ihre Kriegstribunen für die großartige Auszeichnung und ließ versichern, sie sei zum Kampf unbedingt entschlossen. Dann berieten sich die übrigen Legionen mit ihren Kriegstribunen und ranghöchsten Zenturionen, um sich durch sie vor Caesar zu rechtfertigen. Niemals seien sie schwankend oder furchtsam gewesen, hätten auch nie gemeint, der Oberbefehl im Krieg liege bei ihnen und nicht beim Feldherrn. Caesar nahm ihre Entschuldigung an, und als der Weg durch Diviciacus, dem er von allen Galliern am meisten traute, erkundet war, so daß er das Heer, freilich auf einem Umweg von über fünfzig Meilen, durch offenes Gelände führen konnte, brach er in der vierten Nachtwache, wie angekündigt, auf. Nach einem Marsch ohne Rasttage erhielt er am siebten Tag von den Kundschaftern Meldung, Ariovists Heer stehe vierundzwanzig Meilen von den Unseren entfernt.

Als Ariovist von Caesars Anmarsch erfuhr, schickte er Gesandte an ihn: Was seinen früheren Wunsch nach einer Unterredung angehe, so könne diese seinethalben stattfinden, da Caesar ja näher herangerückt sei und er selbst meine, sich ohne Gefahr eindringen zu können. Caesar wies seinen Vorschlag nicht ab und dachte schon, Ariovist werde

quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur, magnamque in spem veniebat pro suis tantis populique 3
 Romani in eum beneficiis cognitis suis postulatis fore, uti pertinacia desisteret. dies conloquio dictus est ex eo die quintus. interim saepe ultro citroque cum legati inter eos 4
 mitterentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad conloquium Caesar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumveniretur; uterque cum equitatu veniret; alia ratione sese non esse venturum. Caesar, quod neque 5
 conloquium interposita causa tolli volebat neque salutem suam Gallorum equitatu committere audebat, commo-
 dissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis legionarios eo milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, imponere, ut praesidium quam ami-
 cissimum, si quid opus facto esset, haberet. quod cum 6
 fieret, non inridicule quidam ex militibus decimae legio-
 nis dixit plus quam pollicitus esset Caesarem facere: pol-
 ligitum se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere.

43.

Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis 1
 grandis. hic locus aequum fere spatium a castris utrius-
 que aberat. eo, ut erat dictum, ad conloquium venerunt. 2
 legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus ducen-
 tis ab eo tumulo constituit; item equites Ariovisti pari
 intervallo constiterunt. Ariovistus, ex equis ut conlo- 3
 querentur et praeter se denos ad conloquium adduce-
 rent, postulavit. ubi eo ventum est, Caesar initio oratio- 4
 nis sua senatusque in eum beneficia commemoravit, quod
 rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera
 amplissime missa; quam rem et paucis contigisse et pro
 magnis hominum officiis consuesse tribui docebat; illum, 5
 cum neque aditum neque causam postulandi iustam

wieder vernünftig, da er das, was er vorher, von Caesar gebeten, abschlug, nun freiwillig anbot: Er hoffte lebhaft, jener werde bei den großen Wohltaten Caesars und des römischen Volkes für ihn seinen Starrsinn aufgeben, wenn er seine Forderungen erfahre. Als Termin für die Aussprache wurde der fünfte Tag von da an festgesetzt. Da in der Zwischenzeit vielfach Unterhändler zwischen ihnen hin- und hergingen, verlangte Ariovist, Caesar dürfe kein Fußvolk zur Besprechung mitbringen; er fürchte, von ihm überlistet und umzingelt zu werden; beide sollten nur Reiter mitbringen; sonst komme er nicht. Da Caesar die Unterredung nicht an einem Vorwand scheitern lassen wollte, aber auch nicht wagte, sein Leben gallischen Reitern anzuvertrauen, hielt er es für das beste, alle Gallier absitzen zu lassen und mit ihren Pferden Männer der zehnten Legion, auf die er sich unbedingt verließ, beritten zu machen, um für alle Fälle eine treu ergebene Leibwache zu haben. Bei Übergabe der Pferde meinte ein Soldat der zehnten Legion nicht ohne Witz, Caesar tue mehr, als er versprach: Versprochen habe er, die zehnte Legion zur Leibgarde zu machen; nun erhebe er sie gar in den Ritterstand.

Es lag dort eine weite Ebene und darin ein ziemlich hoher Erdhügel, etwa gleich weit von beiden Lagern entfernt. Dort traf man sich, wie vereinbart, zur Unterredung. Caesar postierte die mitgebrachte berittene Legion zweihundert Schritte von dem Hügel entfernt; in gleichem Abstand stellten sich die Reiter des Ariovist auf. Ariovist forderte, die Besprechung solle zu Pferd stattfinden, und jeder solle nur zehn Begleiter zu Unterredung mitbringen. Als sie zusammentrafen, erwähnte Caesar zunächst seine Freundschaftsdienste und die Auszeichnungen des Senates für Ariovist: Der Senat habe ihn als König anerkannt; ihn als ‚Freund‘ bezeichnet und großzügig beschenkt; er betonte, dies sei nur wenigen zuteil geworden und erfolge in der Regel nur bei großen Verdiensten. Ariovist jedoch habe diese Belohnungen ohne Anspruch oder berechnete Forderung nur durch seine

haberet, beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea praemia consecutum. docebat etiam, quam veteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent, quae senatus consulta quotiens quamque honorifica in eos facta essent, ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent, prius etiam, quam nostram amicitiam adpetissent. populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia dignitate honore auctiores velit esse; quod vero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis eripi quis pati posset? postulavit deinde eadem, quae legatis in mandatis dederat: ne aut Haeduis aut eorum sociis bellum inferret, obsides redderet, si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur.

44.

Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et accersitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consuerint. non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse; eas omnes copias uno a se proelio pulsas ac superatas esse. si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerit. amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, idque se hac spe petisse. si per populum Romanum stipendium remittatur et dediticii subtrahantur, non minus se libenter recusaturum populi Romani amicitiam quam adpetierit. quod

und des Senates Gefälligkeit und Großzügigkeit erhalten. Er wies auch darauf hin, wie alt und wohlbegründet die Freundschaft Roms mit den Häduern sei, wie viele und ehrenvolle Senatsbeschlüsse zu ihren Gunsten erfolgt seien und wie die Häduer seit jeher die Führung in ganz Gallien innehatten, sogar schon vor ihrer Bemühung um unsere Freundschaft. Das römische Volk wünsche grundsätzlich, seine Verbündeten und Freunde möchten ihre Habe nicht nur behalten, sondern Einfluß, Achtung und Ehre vermehren; daß ihnen aber ihr Besitz aus der Zeit vor der Freundschaft mit den Römern entrissen werde, wer könne dies mitansehen? Dann forderte er dasselbe, was er schon durch Gesandte verlangt hatte: Er dürfe weder die Häduer noch ihre Bündner angreifen, solle die Geiseln zurückgeben, und wenn er schon keinen Teil der Germanen heimschicken könne, dürfe er wenigstens keine weiteren mehr über den Rhein kommen lassen.

Ariovist ging auf Caesars Forderungen nur kurz ein, sprach aber um so mehr von seinen Verdiensten: Er sei nicht aus eigenem Antrieb über den Rhein gegangen, sondern gebeten und gerufen von den Galliern; nicht ohne große Hoffnung auf reichen Gewinn habe er Heimat und Freunde verlassen; er habe Wohnsitze in Gallien, die ihm die Bewohner selbst einräumten, und Geiseln hätten sie freiwillig gestellt; nach Kriegerrecht nehme er den Tribut, den immer die Sieger den Überwundenen auferlegten. Nicht er habe die Gallier angegriffen, sondern diese ihn; alle gallischen Stämme seien ausgezogen, ihn zu bekämpfen, und hätten im Feld gegen ihn gestanden; alle diese Verbände habe er in nur einer Schlacht besiegt und geschlagen. Wollten sie es wieder versuchen, sei er nochmals zur Schlacht bereit; wollten sie Frieden, sei es unbillig, den Tribut zu verweigern, den sie bisher freiwillig zahlten. Die Freundschaft mit Rom müsse ihm Ehre und Vorteil, nicht Schaden bringen, und in dieser Hoffnung habe er sie gesucht. Wenn auf Wunsch des römischen Volkes die Tributzahlung aufhöre und ihm Unterwor-

multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui
muniendi, non Galliae inpugnandae causa facere. eius rei
testimonium esse, quod nisi rogatus non venerit et quod
bellum non intulerit, sed defenderit. se prius in Galliam 7
venisse quam populum Romanum; numquam ante hoc
tempus exercitum populi Romani Galliae provinciae fini-
bus egressum. quid sibi vellet? cur in suas possessiones 8
veniret? provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam
nostram. ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines
impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo
iure se interpellaremus. quod a se Haeduos amicos appel- 9
latos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum
esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum pro-
ximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos in
his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis
habuissent, auxilio populi Romani usos esse. debere se 10
susplicari simulata Caesarem amicitia, quod exercitum in
Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. qui nisi 11
decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese
illum non pro amico, sed pro hoste habiturum. quodsi 12
eum interfecerit, multis se nobilibus principibusque
populi Romani gratum esse facturum (id se ab ipsis per
eorum nuntios compertum habere), quorum omnium gra-
tiam atque amicitiam eius morte redimere posset. quodsi 13
decessisset et liberam possessionem Galliae sibi tradidis-
set, magno se illum praemio remuneraturum et quaecum-
que bella geri vellet sine ullo eius labore et periculo con-
fecturum.

45.

Multa a Caesare in eam sententiam dicta sunt, quare 1
negotio desistere non posset: neque suam neque populi
Romani consuetudinem pati, uti optime meritos socios
desereret, neque se iudicare Galliam potius esse Ariovisti
quam populi Romani. bello superatos esse Arvernos et 2
Rutenos a Quinto Fabio Maximo, quibus populus Roma-
nus ignovisset neque in provinciam redegisset neque sti-

fene abspenstig gemacht würden, kündige er die Freundschaft mit dem römischen Volk ebenso gern auf, wie er sie gesucht habe. Wenn er eine größere Zahl von Germanen nach Gallien herüberhole, geschehe dies zu seinem Schutz, nicht, um Gallien anzugreifen. Beweis dafür sei, daß er nur auf Bitten gekommen sei und den Krieg nicht begonnen, sondern sich nur gewehrt habe. Er sei eher in Gallien gewesen als das römische Volk; noch nie habe bisher ein Heer des römischen Volkes die Grenze der Provinz Gallien überschritten. Was er eigentlich wolle? Wozu er in sein Gebiet komme? Dieses Gallien hier sei seine Provinz so wie jenes die unsere. Wie es ihm selbst nicht hingehen dürfe, wenn er in unser Gebiet einfiele, so unbillig sei es von uns, ihn in seinem Recht zu stören. Wenn Caesar sage, der Senat habe die Häduer ‚Brüder‘ genannt, so sei er nicht so ungebildet oder unkundig, nicht zu wissen, daß im letzten Allobrogerkrieg die Häduer weder den Römern halfen noch in den jüngsten Auseinandersetzungen mit ihm und den Sequanern Hilfe von Rom erfuhren. Er müsse vermuten, Caesar heuchle diese Freundschaft, sein Heer stehe nur in Gallien, um ihn zu überfallen. Ziehe sich Caesar nicht zurück und führe er sein Heer aus dieser Gegend nicht weg, so werde er ihn nicht als Freund, sondern als Feind betrachten. Wenn er ihn übrigens töte, erweise er vielen Großen und Mächtigen in Rom einen Gefallen (das wisse er von ihnen selbst durch ihre Boten), und er könne sich alle diese Leute geneigt und zu Freunden machen, wenn Caesar falle. Ziehe er jedoch ab und lasse ihm den unangefochtenen Besitz Galliens, so werde er es ihm großzügig entgelten und jeden Krieg, den er führen wolle, ohne Mühe und Gefahr für ihn siegreich beenden.

Caesar sprach noch lange, um zu begründen, weshalb er sich seiner Aufgabe nicht entziehen könne: Weder seine noch des römischen Volkes Gewohnheit ließen es zu, hochverdiente Bundesgenossen im Stich zu lassen; auch glaube er keineswegs, Gallien gehöre eher Ariovist als dem römischen Volk. Quintus Fabius Maximus habe die Arverner und Rutenner besiegt, doch habe ihnen das römische Volk verziehen

pendium imposuisset. quodsi antiquissimum quodque 3
 tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum
 esse in Gallia imperium; si iudicium senatus observari
 oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello vic-
 tam suis legibus uti voluisset.

46.

Dum haec in conloquio geruntur, Caesari nuntiatum 1
 est equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad
 nostros adequitare, lapides telaque in nostros conicere.
 Caesar loquendi finem fecit seque ad suos recepit suisque 2
 imperavit, ne quod omnino telum in hostes reicerent.
 nam etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu 3
 proelium fore videbat, tamen committendum non puta-
 bat, ut pulsus hostibus dici posset eos ab se per fidem in
 conloquio circumventos. posteaquam in vulgus militum 4
 elatum est, qua arrogantia in conloquio Ariovistus usus
 omni Gallia Romanis interdixisset impetumque in nostros
 eius equites fecissent eaque res conloquium diremisset,
 multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exer-
 citui iniectum est.

47.

Biduo post Ariovistus ad Caesarem legatos mittit: velle 1
 se de iis rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae
 essent, agere cum eo; uti aut iterum conloquio diem con-
 stitueret aut, si id minus vellet, ex suis legatis aliquem ad
 se mitteret. conloquendi Caesari causa visa non est, et eo 2
 magis, quod pridie eius diei Germani retineri non potu-
 erant, quin in nostros tela conicerent. legatum ex suis 3
 sese magno cum periculo ad eum missurum et hominibus
 feris obiecturum existimabat. commodissimum visum est 4
 C. Valerium Procillum, C. Valeri Caburi filium, summa
 virtute et humanitate adolescentem, cuius pater a C.

und ihr Land weder zur Provinz gemacht noch mit Tribut belastet. Wolle man also auf die ältesten Ansprüche sehen, so sei eine Herrschaft des römischen Volkes in Gallien völlig legitim; achte man auf das Urteil des Senats, müsse Gallien frei bleiben, das Rom im Krieg zwar besiegt, jedoch unabhängig belassen habe.

Während der Aussprache erhielt Caesar Meldung, Ariovists Reiter rückten näher zum Hügel vor, ritten auch nahe an die Unseren heran und würfen Steine und Geschosse nach ihnen. Caesar brach das Gespräch ab, ritt zu den Seinen zurück und verbot, auch nur ein Geschöß auf die Feinde zurückzuwerfen. Er sah zwar wohl, ein Kampf mit der Reiterei werde ohne jede Gefahr für die auserlesene Legion ablaufen, doch wollte er es nicht dazu kommen lassen, daß die Feinde bei einer Niederlage sagen könnten, man habe sie gegen Treu und Glauben bei der Unterhandlung überfallen. Als sich im ganzen Heer herumsprach, wie anmaßend Ariovist bei der Verhandlung den Römern ganz Gallien verboten habe, daß seine Reiter die Unseren angriffen und dieser Vertragsbruch zum Ende der Verhandlungen führte, stiegen Eifer und Kampflust unserer Männer noch an.

Zwei Tage später schickte Ariovist Gesandte an Caesar: Er wolle über die Fragen, die unter ihnen erörtert, jedoch nicht entschieden wurden, weiter mit ihm sprechen; er möge also erneut einen Termin für eine Verhandlung bestimmen oder, falls er das nicht wolle, einen seiner Legaten zu ihm schicken. Für eine Verhandlung sah Caesar keinen Grund, um so weniger, als tags zuvor die Germanen nicht abzuhalten waren, auf unsere Leute Geschosse zu schleudern. Einen seiner Legaten würde er, wie er meinte, nur unter großer Gefahr schicken und diesen Wilden vorwerfen. Er hielt es für das beste, Gaius Valerius Procillus zu schicken, den Sohn des Gaius Valerius Caburus, einen sehr tüchtigen und gebildeten jungen Mann (der Vater hatte von Gaius Valerius

Valerio Flacco civitate donatus erat, et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur, et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere et una M. Metium, qui hospitio Ariovisti utebatur. his mandavit, ut, quae diceret Ariovistus, cognoscerent et ad se referrent. quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente conclamavit: quid ad se venirent? an speculandi causa? conantes dicere prohibuit et in catenas coniecit.

48.

Eodem die castra promovit et milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit. postridie eius diei praeter castra Caesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Haeduis supportaretur, Caesarem intercluderet. ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit. genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant: equitum milia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suae salutis causa delegerant; cum his in proeliis versabantur, ad eos se equites recipiebant; hi, si quid erat durius, concurrebant; si qui graviore vulnere accepto equo deciderat, circumsistebant; si quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut iubis equorum sublevati cursum adaequarent.

49.

Ubi eum castris se tenere Caesar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco

Flaccus das Bürgerrecht erhalten), und zwar wegen seiner Zuverlässigkeit und Kenntnis der gallischen Sprache, die Ariovist aus langer Gewohnheit geläufig sprach; auch gab es für die Germanen keinen Grund, sich an ihm zu vergreifen. Mit ihm schickte er Marcus Metius, einen Gastfreund des Ariovist. Er trug ihnen auf, zu hören, was Ariovist wolle, und es ihm zu berichten. Als jedoch Ariovist die beiden bei sich im Lager sah, schrie er sie vor den Augen seines Heeres an: Wozu sie zu ihm kämen? Um zu spionieren? Als sie etwas sagen wollten, ließ er sie nicht zu Wort kommen, sondern in Ketten legen.

Am gleichen Tag rückte Ariovist vor und bezog sechs Meilen von Caesars Standort am Fuß einer Anhöhe Lager. Am nächsten Tag führte er seine Truppen an Caesars Lager vorbei und schlug zwei Meilen jenseits davon Lager in der Absicht, Caesar vom Getreidenachschub aus dem Sequaner- und Häduerland abzuschneiden. Die nächsten fünf Tage hintereinander führte Caesar sein Heer vor das Lager und stellte es zum Gefecht auf, damit Ariovist, wenn er eine Schlacht wolle, Gelegenheit dazu habe. Ariovist jedoch hielt in dieser ganzen Zeit sein Fußvolk im Lager und ließ nur täglich seine Reiter zu Gefechten ausrücken. Die Germanen hatten folgende Kampfart, in der sie sehr geübt waren: Sie nahmen sechstausend Reiter und ebenso viele behende und tapfere Kämpfer zu Fuß, die sich jeder Reiter aus dem ganzen Heer einzeln als Helfer auswählte; mit diesen zusammen kämpften die Reiter, auf sie zogen sie sich zurück, und diese wieder gingen geschlossen vor, wenn es scharf herging; war einer schwer verwundet und stürzte vom Pferd, so umringten sie ihn, und bei ausholendem Vorstoß oder schnellem Rückzug waren sie so geübt und schnell, daß sie sich an die Mähnen der Pferde hängten und mit diesen Schritt hielten.

Als Caesar sah, daß Ariovist im Lager blieb, suchte er jenseits der Stelle, an der die Germanen saßen, etwa sechs-

Germani con siderant, circiter passus sescentos ab his castris idoneum locum delegit acieque triplici instructa ad eum locum venit. primam et secundam aciem in armis esse, tertiam castra munire iussit. hic locus ab hoste circiter passus sescentos, uti dictum est, aberat. eo circiter hominum numero sedecim milia expedita cum omni equitatu Ariovistus misit, quae copiae nostros terrent et munitione prohiberent. nihilo setius Caesar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit. munitis castris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum, quattuor reliquas legiones in castra maiora reduxit.

50.

Proximo die instituto suo Caesar ex castris utrisque copias suas eduxit paulumque a maioribus castris progressus aciem instruxit hostibusque pugnandi potestatem fecit. ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit. tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, quae castra minora oppugnaret, misit. acriter utrimque usque ad vesperum pugnatum est. solis occasu suas copias Ariovistus multis et inlatis et acceptis vulneribus in castra reduxit. cum ex captivis quaereret Caesar, quam ob rem Ariovistus proelio non decertaret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matres familiae eorum sortibus vaticinationibusque declararent, utrum proelium committi ex usu esset necne; eas ita dicere: non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam proelio contendissent.

51.

Postridie eius diei Caesar praesidio utrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit, alarios omnes in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium

hundert Schritte von ihnen einen günstigen Lagerplatz und rückte in drei Treffen geordnet dorthin. Die erste und zweite Linie ließ er unter Waffen bleiben, die dritte das Lager bauen. Dieser Platz war, wie erwähnt, vom Feind etwa sechshundert Schritte entfernt. Dorthin schickte Ariovist etwa sechzehntausend kampfbereite Männer mit der ganzen Reiterei, um die Unseren zu erschrecken und an der Schanzarbeit zu hindern. Caesar blieb dennoch bei seinem Entschluß: Zwei Linien sollten den Feind abweisen, die dritte den Lagerbau vollenden. Als das Lager befestigt war, ließ er dort zwei Legionen und einen Teil der Hilfstruppen; die vier übrigen Legionen führte er ins größere Lager zurück.

Am nächsten Tag führte Caesar seine Streitkräfte wie bisher, nun aber aus beiden Lagern, heraus, rückte ein Stück vor das größere Lager, stellte das Heer zum Kampf auf und bot den Feinden die Schlacht an. Als er sah, daß sie auch jetzt nicht herauskamen, führte er gegen Mittag sein Heer ins Lager zurück. Nun endlich entsandte Ariovist einen Teil seiner Truppen zum Sturm auf das kleinere Lager. Auf beiden Seiten kämpfte man heftig bis zum Abend. Bei Sonnenuntergang führte Ariovist seine Truppe, die viele Wunden ausgeteilt und empfangen hatte, ins Lager zurück. Als Caesar Gefangene fragte, weshalb Ariovist einer Entscheidungsschlacht ausweiche, erfuhr er folgenden Grund: Bei den Germanen herrsche der Brauch, daß ihre Ehefrauen durch Losorakel klärten, ob es ratsam sei, eine Schlacht zu liefern oder nicht; diese hätten behauptet, das Schicksal versage den Germanen den Sieg, wenn sie sich vor Neumond auf einen Kampf einließen.

Tags darauf ließ Caesar in jedem Lager eine Besatzung zurück, die ausreichend erschien, und stellte alle Hilfstruppen im Blickfeld der Feinde vor dem kleineren Lager auf (war er doch gegenüber der feindlichen Masse an Zahl der

numero valebat, ut ad speciem alariis uteretur; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium accessit. tum demum necessario Germani suas copias castris eduxerunt generatimque constituerunt paribus intervallis Harudes, Marcomanos, Tribocos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suebos omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. eo mulieres imposuerunt, quae ad proelium proficiscentes passis manibus flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent.

52.

Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, proelium commisit. ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur. relictis pilis comminus gladiis pugnatum est. at Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta impetus gladiatorum exceperunt. reperti sunt complures nostri, qui in phalangem insilirent et scuta manibus revellerent et desuper vulnerarent. cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque in fugam coniecta esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. id cum animadvertisset P. Crassus adulescens, qui equitatui praeerat, quod expeditior erat quam ii, qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit.

53.

Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt nec prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque pervernerunt. ibi perpauci aut viribus confisi tranare contende-

Legionäre unterlegen) und benützte so die Soldaten der Hilfstruppen zur Täuschung; er selbst rückte in drei Treffen kampfbereit ans feindliche Lager heran. Nun endlich führten die Germanen ihre Streitkräfte notgedrungen aus dem Lager, stellten sie nach Stämmen in gleichen Abständen auf, die Haruden, Markomannen, Triboker, Vangionen, Nemeten, Sedusier, Sueben, und umgaben ihr ganzes Heer mit Wagen und Karren, um keine Hoffnung auf Flucht zu lassen. Auf die Wagen setzten sie die Frauen, die sie beim Auszug in den Kampf mit ausgestreckten Händen unter Tränen beschworen, sie nicht in römische Sklaverei fallen zu lassen.

Caesar unterstellte jede Legion einem Legaten und dem Quästor, damit jeder Soldat an ihnen Zeugen seiner Tapferkeit habe; er selbst begann die Schlacht mit seinem rechten Flügel, weil er die Feinde diesem gegenüber am schwächsten fand. So hitzig stürmten die Unseren auf das Zeichen hin gegen den Feind an und so plötzlich und rasch rannten die Feinde vor, daß kein Raum blieb, die Wurfspieße auf sie zu schleudern. Man ließ sie daher fallen und griff im Nahkampf zum Schwert. Doch bildeten die Germanen nach ihrer Gewohnheit rasch eine feste Linie und begegneten so dem Schwertangriff. Mehrfach sprangen Leute von uns in die geschlossene Reihe, rissen die Schilde mit den Händen herab und verletzten die Feinde von oben her. Während das Heer der Feinde auf deren linkem Flügel geworfen und in die Flucht gejagt wurde, brachte ihr rechter Flügel durch seine Masse unser Heer schwer ins Gedränge. Als dies der junge Reiterführer Publius Crassus sah, der einen besseren Überblick hatte als die Männer im Kampfgetümmel, schickte er die dritte Linie unseren bedrängten Leuten zu Hilfe.

So wurde die Linie wiederhergestellt, alle Feinde wandten sich zur Flucht und machten nicht eher halt, als bis sie zum Rhein kamen, etwa fünf Meilen vom Schlachtort entfernt. Einige wenige suchten dort im Vertrauen auf ihre

runt aut lintribus inventis sibi salutem reppererunt. in 3
 his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad ripam
 nactus ea profugit; reliquos omnes equitatu consecuti
 nostri interfecerunt. duae fuerunt Ariovisti uxores, una 4
 Sueba natione, quam domo secum duxerat, altera Norica
 regis Vocconis soror, quam in Gallia duxerat a fratre
 missam: utraque in ea fuga periit; duae filiae: harum
 altera occisa, altera capta est. C. Valerius Procillus, cum 5
 a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in
 ipsum Caesarem hostes equitatu insequentem incidit.
 quae quidem res Caesari non minorem quam ipsa victo- 6
 ria voluptatem attulit, quod hominem honestissimum
 provinciae Galliae, suum familiarem et hospitem, erep-
 tum ex manibus hostium sibi restitutum videbat neque
 eius calamitate de tanta voluptate et gratulatione quic-
 quam fortuna deminuerat. is se praesente de se ter sorti- 7
 bus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur an in
 aliud tempus reservaretur; sortium beneficio se esse inco-
 lumem. item M. Metius repertus et ad eum reductus est. 8

54.

Hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ri- 1
 pas Rheni venerant, domum reverti coeperunt. quos ubi,
 qui proximi Rhenum incolunt, perterritos senserunt,
 insecuti magnum ex his numerum occiderunt. Caesar una 2
 aestate duobus maximis bellis confectis maturius paulo,
 quam tempus anni postulabat, in hiberna in Sequanos
 exercitum deduxit. hibernis Labienum praeposuit, ipse 3
 in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus
 est.

Kräfte hinüberzuschwimmen oder fanden Kähne und retteten sich. Unter diesen befand sich Ariovist, der einen Kahn am Ufer angebunden fand und mit ihm entfloh. Alle anderen wurden von unseren Reitern eingeholt und niedergemacht. Ariovist hatte zwei Frauen, eine Suebin, die er von zu Hause mitgebracht hatte, und eine zweite aus Noricum, die Schwester des Königs Voccio, die er von ihrem Bruder geschickt bekommen und in Gallien geheiratet hatte; beide kamen auf der Flucht um. Von den beiden Töchtern wurde eine getötet, die andere gefangen. Auf Gaius Valerius Procillus, den seine Wächter auf der Flucht mit drei Ketten gefesselt fortschleppten, traf Caesar selbst, als er die Feinde mit der Reiterei verfolgte. Diese Rettung machte Caesar nicht weniger Freude als der Sieg selbst, weil er einen der ehrenhaftesten Männer der gallischen Provinz, seinen Vertrauten und Gastfreund, den Feinden entrissen und sich wiedergeschenkt sah. So ließ das Glück nicht durch dessen Tod auf seine große Freude und Genugtuung einen Schatten fallen. Procillus berichtete, man habe dreimal vor seinen Augen gelost, ob man ihn sogleich dem Feuertod überantworten oder für später aufsparen solle; durch das glücklich gefallene Los lebe er noch. Auch Marcus Metius fand man und brachte ihn zu Caesar.

Als die Nachricht von dieser Schlacht über den Rhein gelangte, traten die Sueben, die zum Rheinufer gekommen waren, den Rückmarsch an. Die Stämme, die zunächst am Rhein wohnen, sahen ihre Betroffenheit, setzten ihnen nach und machten sie größtenteils nieder. So hatte Caesar in einem Sommer zwei bedeutende Kriege siegreich beendet und führte nun sein Heer etwas eher, als es die Jahreszeit forderte, in die Winterquartiere bei den Sequanern. Labienus erhielt den Oberbefehl im Winterlager. Caesar selbst ging in das diesseitige Gallien, um Gerichtstage abzuhalten.

LIBER SECUNDUS

1.

Cum esset Caesar in citeriore Gallia, ita uti supra demonstravimus, crebri ad eum rumores adferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare. coniurandi has esse causas: primum, quod vererentur, ne omni pacata Gallia ad eos exercitus noster adduceretur; deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicitarentur, partim qui, ut Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant, partim qui mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant; ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus atque iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occupabantur, qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.

2.

His nuntiis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit et in ita aestate, in ulteriorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum misit. ipse cum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quae apud eos gerantur, cognoscant seque de his rebus certio-

ZWEITES BUCH

Während sich Caesar, wie berichtet, im diesseitigen Gallien aufhielt, gelangten vielfach Aufstandsgerüchte zu ihm, und auch Labienus schrieb, alle Belger, die wir als den dritten Teil Galliens bezeichneten, unternähmen eine Verschwörung gegen das römische Volk und tauschten Geiseln aus. Gründe für die Verschwörung seien folgende: Erstens fürchteten sie, nach der Unterwerfung ganz Galliens könne unser Heer auch zu ihnen kommen; zweitens würden sie von einigen Galliern aufgehetzt, und zwar zum Teil von solchen, die keine Germanen länger in Gallien dulden wollten, doch ebenso empört waren, daß das römische Heer dort überwintere und sich einniste; zum Teil strebten sie aus Unbeständigkeit und Leichtsinn neue Herrschaftsverhältnisse an; und weil in Gallien die Mächtigen und Leute, die genug Mittel hatten, Menschen an sich zu binden, gemeinhin die Königsherrschaft übernahmen, ging auch von manchen Unruhe aus, die unter unserer Herrschaft ihr Ziel weniger leicht erreichen konnten.

Diese Nachrichten und Berichte veranlaßten Caesar, zwei neue Legionen in Oberitalien auszuheben und den Legaten Quintus Pedius zu entsenden, um sie nach Beginn des Sommers ins jenseitige Gallien zu führen. Er selbst ging zum Heer ab, sobald es genug Grünfutter gab. Den Senonen und allen gallischen Grenznachbarn der Belger trug er auf, zu erkunden, was bei diesen vorgehe, und es ihm zu berichten.